
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Concionum
Cantionum
Lectionum
Precationum

FERIIS SVPPLICATIONUM PUBLICARUM JUSSU ILlustriſsimi Principis ac D. D. JOHANNIS ADOLPHI in Ducatibus Sleſv. Holſ.

AD

Triduum conſtitutum indictis uſurpandarum diagramma.

28. 29. 30. Aprilis.

SLESVIGÆ,
MDCII.

Tolk

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

LECTIO
Prima Litaniarum feria proponenda.
Iſaiæ c. 24. v. 1. 2. 3. 4. 5. & par. 6.

ECce Iehovah evacuatam reddit terram, & deſolatam, & obtorquet faciem ejus, & diſsipat habitatores ejus:

Eſtq; ſicut populo ita ſacerdoti, ſicut ſervo ita Domino ejus, ſicut ancillæ ita heræ ejus, ſicut vendenti ita ementi, ſicut mutuo accipienti ita danti, ſicut debenti ita debitum repetenti.

Evacuatione enim evacuabitur terra, & ſpoliatione ſpoliabitur: quia Iehovah locutus eſt verbum hoc. Luget terra & marceſcit, elanguet & areſcit orbis: Deficiunt, qui erant ſublimis populus terræ.

Polluta eſt terra ab habitatoribus. Etenim legem transgrediuntur, & mutant ſtatuta, fœdusq; ſempiternum irritum faciunt. Maledictio itaq; terram abſumit, ita commerentibus, eam qui incolunt.

Piam attentionem & ardens rectè ferias haſce auſpicandi & continuandi ſtudium in animis auditorum exuſcitaturo, multa ſunt, quæ materiam

utilem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

utilem & accommodatam exhibere poſsint.

Quam vero ſinguli ut aptiſsimam eligere velint & debeant: Seria numinis divini invocatio, ſedula officii meditatio, præſentium temporum conſideratio, & auditorii cujuſlibet ratio dictabit.

Non alienum ab inſtituto nec coactum fuerît huc transferre & uſurpare verba ex ardentiſsima et affectibus pleniſsima precatione Prophetæ Danielis c. 9. v. 13. quibus cauſæ exponuntur, cur in tam atroces & diuturnas calamitates Hebreorum populus inciderit.

Hic verba Prophetæ: 1. recitentur.
2. Explicentur tribus cauſis ibi indicatis.
3. Applicatio inſtituatur ad nos, noſtros, & noſtra.
4. Inde, quid ex re noſtra futurum ſit, ſi iram Dei partim jam in nos effuſam, partim verticibus noſtris porro imminentem, mitigari & averti optemus, concludatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

5. Commodo orationis decurſu ad hujus diei primi pericopen accedatur.

Proponatur ejus argumentum & ſumma, ex contextu Prophetico & iſtius temporis, quo ſcripta eſt, facie deprompta.

Oſtendatur lectionem hanc tam hodie nos concernere, quam iſto ſeculo gentem judaicam ex ad Rom. & Cor.

Quam probè ad præſentes inprimis annos eorumq; ſtatum congruat, conſpicuum reddatur.

Membra memoriæ cauſa facio quatuor, ne vel non cohærentia conjungere, vel verba in ſenſum præconceptum cogere, vel prolixas & ſimplicioribus obſcuras ſub diviſiones inſtituere neceſſe habeam.

Membrum Primum.

Sihe / der Herr machet das Land leer vnd wüſte / vnd wirffet vmb was drinnen iſt / vnd zerſtrewet ſeine einwoner.

Habes his verbis & deſcriptionem præſentium & prædictionem futurarum pœnarum.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

1. Sihe. Vox eſt dolentis, vox eſt admirantis, vox eſt excitantis ad horum temporum triſtiſsimum ſtatum ſerio & rectè conſiderandum.

Accuſatur ergo hac voce noſtra in malis noſtris cæcitas, qui apertis oculis cæcutimus: noſter ſtupor, qui, in quæ tempora inciderimus, vix unquam ſerio cogitamus: noſtra ſupina & deplorata negligentia, qui in medio graviſsimarum & quotidie magis magisq; creſcentium afflictionũ concurſu conſtituti, non quemadmodum par erat ad res noſtras attendimus.

Confirma per experientiam & exempla: ſinguli ſuos conſiderent & compellent.

Hic ſtertor, hæc incogitantia & indolentia hominum lethalis eſt.

Corrigenda igitur, id quod particula hæc requirit.

2. Quis? Der Herr. Cauſa pœnarum efficiens.

Proba aliis dictis ſcripturæ.

Omnium terrarum, gentium, regionum, rerum publicarũ, ſingulorumq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

adeo hominum publicè & privatim incolumitas atq; exitium à Deo pendet.

Hoc benedicente, germinant terræ, florent gentes, bene habent regiones, proſperantur reſpublicæ, ſinguliq; ſuo loco ſunt beati.

Rurſus vero ſi ille peccatis hominũ offenſus iraſcatur, omnia in ſtatum prorſus contrarium tranſeunt.

Quotusquisq; vero eſt, qui hoc verè cogitet, & non potius fatuè fatuo fato, fortunæ, caſibus fortuitis, cauſis ſecundis &c. iſta omnia aſſcribenda ſeriò exiſtimet?

Deſcende ad ſpeciem.

Moniti ergo hac voce & authoritate Prophetica vel potius divina, emendemus hunc altiſsimè animis inhærentem maximeq; noxium errorem.

Atq; intuentes mala quibus premimur, in illis Dominum authorem agnoſcamus:

Scientes ante omnia de placando ipſo neceſſario cogitandũ eſſe omnibus

bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

bus iis, qui ſibi ſuisq; & terris, & gentibus, & regionibus, & rebuspublicis, & hominibus conſultum velint. Applica.

3. Quid? Machet das Land leer vnd wüſte vnd wirffet vmb was drinnen iſt / vnd zerſtrewet ſeine Einwoner. Sequitur malorum à Iehovah, ceu dictum eſt, immiſſorum, enumeratio.

Hic primum generaliter tecum pondera & auditori inculca triplicem vocabulorum ordinem & gravitatem.

1. Das Land. 2. Was drinnen iſt. 3. Seine Einwoner.

Rurſus 1. Machet leer vnd wüſte. 2. Wirffet vmb. 3. zerſtrewet.

Deinde in ſpecie ſingula enucleentur. 1. Machet das Land leer vnd wüſte / affligens ſterilitate, fame, aliisq; id genus malis, nudans terram commeatu, auferens, aut parcè concedens ea quæ victui & neceſsitati ſerviunt, atq; ita omni ſuo ornatu ſpolians terram alias fertilem, amœnam, multisq; rebus exornatam.

Terra eſt & vocatur. 1. Leer. Dum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

nihil abundantiæ in ea relinquitur, omniumq; rerũ annona indies creſcit. 2. Wůſte / cum privatur ſuo proventu, ſuumq; ei tegumentum detrahitur, ac ſi quis ſua veſte & ornamentis exueretur.

2. Vnd wirfft vmb was drinnen iſt. Dominus non tantum juſto ſuo judicio tollit res ad neceſsitatẽ, honeſtamq; voluptatem deſtinatas, ſed & ſurſum deorſumq; omnia miſcet, aufert ſana conſilia, conſiliis felicem eventum negat, & ſummatim regionem ita tractat, ut quaſi è fundamentis everſa videatur: ſicut linteum torqueri ſolet, ſicut herba è qua ſuccus & humor expreſſus eſt, in ſe contrahitur et convellitur: nihil remanet exoptatæ beatitudinis: omnia in pejus ruere & retro ſublapſa referri conſpicuè apparet: das vnterſte ſtehet oberſt / vnd das oberſte vnterſt: nihil ordinatè fit, ſuſcipitur aut peragitur.

3. Vnd zerſtrewet ſeine Einwoner / dum vel propter inopiam & famem hinc inde vagari, victum aliaq; neceſſa-

ria,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ria, imo ſæpe etiam novas ſedes quæ- rere coguntur, vel gladio hoſtili eiici- untur, aut etiam in loca diverſa de- portantur.

Ordo in triplici hac verborum va- riatione tractanda hic ſervetur.

1. Verba explicentur: cujus expo- ſitionis ſemina nunc exhibui. Tu plura adde.

2. Exemplis ejusmodi vaſtitatum & pœnarũ ex hiſtoria biblica illuſtren- tur.

3. Accommodentur hæc ad nos, & tum quibus jam premamur, tum quæ porro expectanda nobis ſint, oſten- datur.

4. Fiat exhortatio ad agnoſcendam iram, juſtitiam, veritatem & ſeveri- tatem Dei, qui ſemper ſui eſt ſimilis.

Secundum Membrum.

Vnd gehet dem Prieſter wie dem volck/ dem Herren wie dem Knecht / der frau- wen wie der Magd / dem Verkäuffer wie dem Käuffer / dem Leiher wie dem Börger / dem Manenden wie dem Schüldiger.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Explicatio eſt & exaggeratio, qua calamitates haſce omnibus eſſe communes Propheta oſtendit, & immunitatis ſpem omnibus præcidit.

Ordo tractationis hic eſſe poterit.

Primo breviter verba ipſa declarentur. Vult dicere: nullus eſt, nullus erit in hiſce malis perſonarum reſpectus, quippe ex æquo vapulantibus Eccleſiaſticis & politicis, doctoribus & auditoribus, magiſtratu & ſubditis, dominis & ſervis, præcipuis & vulgaribus, divitibus & pauperibus: par omnium conditio, nec habet pœna divina rationem ullius dignitatis, officii, conditionis, opum &c.

Ponit Propheta quatuor præcipuè (nihil enim attinet ſex numerare) hominum, ut ita dicam, claſſes. 1. Prieſter / Volck. 2. Herr / Knecht: Frauw / Magd. 3. Verkåuffer / Kåuffer. 4. Leiher / Börger / Manender / Schůldiger. Et conſpicuum eſt inter hos diſcrimen, & quorundam præ reliquis eminentia. Nihilo tamen minus æqualem omnibus & ſingulis fortunam ſpiritus

tus

tus ſanctus tribuit. Voces ſunt planæ & obviæ, quæ brevi paraphraſi poſſunt illuſtrari.

Secundo probetur pluribus ſcripturæ dictis & exemplis hæc Dei in punienda regione aliqua æqualitas demonſtreturq; gradatim & ſpeciatim, quomodo puniente nos Domino hoc ipſum eveniat.

Tertio cauſa indicetur, quare ſine diſcrimine omnis loci homines jure puniantur, quod ſcilicet ſine diſcrimine omnis loci homines horrendis peccatis ſeſe polluant. Præcedit enim ut plurimum univerſales illas & publicas pœnas, publica quoq; peccandi licentia, ut omnes cæco impetu in delicta ruant, nemoq; ſuum officium faciat. Quid igitur aliud expectandum, quam ut ſocietatem in peccatis, excipiat & ſocietas in pœnis?

Delinquit ſacerdos. Etenim in hoc ordine multi canes muti ſunt: multi ſimulando & diſsimulando vehementer delinquunt: multi dominationem

in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

in miniſterio quærunt: multi tantum rei faciendæ inhiant: multi affectibus toti ſerviunt, ambitioni, inquam, iracundiæ, vindictæ cupiditati: multi mundi moribus ſeſe accommodant, ocio, helluationibus & rebus à ſuo officio alienis ſe mancipantes.

Delinquit populus. Auditores enim vel tales ſibi doctores, à quibus aures delicatulæ fricentur, expetunt, vel conciones ſacras negligunt, vel ſupina aure audiunt, vel verbo contumaciter ſe opponunt, vel aliis modis in ſanctum Dei ordinem injurii ſunt.

Delinquit dominus: dum in ſibi ſubjectos inſolentius imperat, nimiaq; duritia poteſtatem ſibi conceſſam exaſperat caudicum & ſtipitum loco ſuos habens.

Delinquit ſervus perfidia, mala rerum ſibi commiſſarum adminiſtratione, incuria &c.

Delinquit hera, mancipiorum inſtar familiam tractans, immodicisq; laboribus non modo eam fatigans, ſed vix à Deo conceſſam ſabbathi

quie-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

quietem & Sacramentorum uſurpandorum copiam faciens.

Delinquit ancilla, infideliter & perfidè ſerviendo, res ſibi commiſſas corrumpendo, ſuperioribus detrectando, & alias nequiter ſe exhibendo.

Delinquit venditor. Quid enim in hoc hominũ genere vulgarius quam impoſturis ſe dedere, pravas merces proponere, nimio precio ſua divendere, aliisve fraudibus proximum exugere.

Delinquit emptor. Inter emptores ſiquidem plurimi in exolvendo precio maligni ſunt, & ut ex animi quadam levitate emunt non neceſſaria: ita unde ſolutionis precia tandem depromenda ſint, haud curant.

Delinquunt mutuum dantes. Mordent enim hi ſæpe proximos, eosq; præter jus, fas, & legibus honeſtis approbatos contractus voracibus uſuris exhauriunt, interim tamen beneficium illis contuliſſe videri volentes.

Delinquunt mutuum accipientes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Fallunt non raro fidem obligatam turpiter, ut ſæpe de ſorte ipſa periclitentur, qui ſua ipſis crediderunt.

Delinquit debitum repetens, nimia ſeveritate debitorem pauperem urgens, & ſine omni commiſeratione & temporum, perſonarum, aliarumq; circumſtantiarum conſideratione extremi juris rigori inſiſtens.

Delinquit debens, non habens rerum ſuarum rationẽ, nihil cogitans de ſatisfactione. Imo ſunt in hoc numero quidam adeo malitioſè improbi, ut etſi animam debeant: tamen quotidie helluentur, ſumptusq; non neceſſarios faciant, & debiti ſolvendi curam in alios coniiciant.

Quando igitur inter omnes ordines peccatur, jure in omnes ordines pœna graſſatur.

Quarto. Extruatur ex his admonitio de conſideranda in præſenti enumeratione iræ & judicii divini gravitate, ut intelligatur, & apud animum reputetur ſerio & ſedulo, quanta & quam fœda ſit res peccatum in oculis

Domi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Domini, quamq; ſit juſtitiæ divinæ in puniendis flagitijs hominum trutina æqualis & norma conſtantiſsima. Etſi enim ipſe DEUS genus humanum, idq; ad reipublicæ ædificationem & charitatis mutuæ conſervationem, in ordines certos diſtinxerit: tum quoq; ordines ordinibus, & in ſingulis ordinibus alii aliis gravius peccent, & proinde pœnas graviores mereantur: nemini tamen impunitatem poteſt concedere is, apud quem perſonarũ reſpectus nullus eſt.

Quinto. Nemo ergo ſuperbiat rebus ſecundis, nemo propter dignitatis eminentiam, conditionis ſplendorem, aut opum affluentiam ſibi impunitatem promittat.

Quod tamen ferè fit. Quando enim minæ univerſales denunciantur, multi ſibi ipſis blandiuntur, & dignitatibus, potentiæ, officio, opibus, aliisq; præſidiis humanis confiſi, ſe omnibus malis facilè ſuperiores fore ſomniant: imo ſunt qni ſua ſe inopia tutos fore opinantur, quin &

ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ex publicis calamitatibus ſpem concipiunt: omnibus iſtis imaginationibus contradicit hic locus.

Sexto. Jam dicta omnia & ſingula ad noſtros applicentur. Et cui hic poteſt deeſſe materia? Et quiſnam eſt qui non pro ſingulis ſuis auditoribus hic habeat neceſſariam doctrinam?

Septimo. Dei igitur iram ſinguli ſerio metuamus, peccata noſtra ſinguli ex animo agnoſcamus, & vera ad Dominum converſione maturè his malis occurramus.

Non dubito pios paſtores, qui ad gregem ſuum diligenter attendunt, ſibi gratulaturos de data his Prophetæ verbis occaſione ad piè, paternè, prudenter & cum affectu ſingulorum auditorum vulnera detegenda & curanda.

Tertium Membrum.

Daß Land wird leer vnd beraubt ſein/ den der Herr hat ſolches geredt/das land ſtehet jammerlich vnd verderbt/der erdboden nimmet abe vnd verderbt/ die höheſten des volcks im lande nemen abe.

Repe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Repetitio eſt concionis de pœnis, tum præſentibus, tum futuris, cum fortiſsima aſſeveratione.

Nec vero exiſtimandum eſt tales iterationes (quæ quidem valde ſunt in concionibus ſacris frequentes, ſæpe etiam exiguo interjecto intervallo) eſſe ſupervacaneas aut tavtologias vitio factas: ſed ſingulari conſilio ſpiritus ſancti inſtitutas, idq; maximis de cauſis.

Tum ſcilicet, ut eo magis hæc in animos hominum aliâs in his rebus conſiderandis torpentium ſubeant, altiusq; penetrent:

Tum ut immota & indubia harum comminationum certitudo advertatur:

Tum ut præſentibus futura conjungantur.

Excitati igitur hac repetitione eo diligentius ſingula etiam atq; etiam ſcrutemur.

Ordo tractationis idem ſit cum membro primo.

1. Das Land wird leer vnd beraubt ſein.

Nota. Paulo ante loquebatur in præſenti: hic in futuro: paulo poſt rurſus in præſenti. Q. D. certo fit, certo fiet quod dixi. Höret jhrs / ſo gehets / ſo ſtehets: ſo wirds gehen / ſtehen vnd geſchehen: Diſſipatione diſſipabitur, ſpoliatione ſpoliabitur, evacuatione evacuabitur terra.

Leer / ut ſupra. beraubt / multis modis: ab hoſtibus, feris, inſectis, tempeſtatibus, ſterilitate &c.

2. Den der Herr hat ſolchs geredt. Ego quidem Propheta, Paſtor, miniſter vobis hæc enuncio: ſed non meo nomine, non verbis meis: Verum Dominus hoc pronunciavit.

Vide. Minas tam graves fortiſsimo argumento, Dei, inquam, authoritate confirmat.

Et ſanè hæc ſufficere debebit omnibus, in omnibus, de omnibus, præ omnibus.

Certo igitur hæc futura perpende, prædictionis hujus veritatem attende, diligentiſsimè verba Jehovæ expende, & ad Dominum, qui hoc de-

crevit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

crevit & pronunciavit, cor tuum intende, nec hujus Domini minas parvipende.

Quotidianum hominis pii proverbium ſit: Der Herr hat ſolchs geredt.

Quod ſi ſubeant animum aliæ cogitationes: ſi ſint, qui præter verbum Dei aurea ſecula ſpondeant: Tu contra: Jehovah pronunciavit verbum hoc.

Das Land ſtehet jammerlich vnd verderbt. Rurſus in præſenti ſermo inſtituitur, ſimul quaſi in rem præſentem lectorem & auditorem introducens: ac ſi diceret: circumſpice terræ circumjacentis regiones, inquire, percontare de urbium, pagorum, & incolarum ſtatu, quacunq; verſum aciem oculorum intenderis: videbis, audies, intelliges, quam triſtia, quam miſera, quam lugubria, quam ſqualida, quam arida, quam deniq; deſolata ſint omnia, ut nuſquam non iræ divinæ veſtigia conſpicienda & quaſi palpanda ſe exhibeant. 4. Der Erdboden nimmet abe vnd verderbt. Terra foe-

ra fœcunditate et viribus orbata, non ita fructus ſuos profert, non frumenta, non pabula ſuppeditat: arborum aliarumq; rerum terra naſcentium fructus pereunt: videtur quidem terra, videntur arbores parturire, germinare, florere & proventum uberrimum polliceri: At fallunt ſpem ſuorum cultorum, neq; horum votis, impenſis & laboribus reſpondent: Perit meſsis in herba.

5. Die höheſten des Volcks im Lande nemen abe.

Fit hoc multis modis. 1. Cum Deus præcipuos populi principes aliosq; authoritate, experientia &c. inſtructos è medio tollit.

2. Cum hoſtili impetu & cladibus bellicis hujusmodi præclaris regionis ornamentis gentem orbat.

3. Cum illi qui prius in populo & regione aliqua dignitate eminebant, & multa authoritate pollebant, opibus etiam valebant, omnib. hiſce exuuntur, ut nullius amplius ſint exiſtimationis, imo potentia excidant, opum immu-

imminutionem ſentiant, imo contemptui & ludibrio expoſiti vivant.

Sunt hæc omnia & ſingula ſingulares peccatorum noſtrorum pœnæ, eæq; divinitus decretæ & immiſſæ.

Illuſtra & applica, ut ſupra.

Quartum Membrum.

Das Land iſt entheiliget von ſeinen einwonern / den ſie vbergehen das Geſetz/ vnd åndern die Gebott/ vnd laſſen faren den ewigen Bund/ darumb friſſet der Fluch das Land/ den ſie verſchůldens die drinnen wohnen.

Cauſas indicat, quibus impellatur Deus natura benigniſsimus, beneficentiſsimus, & hominum amantiſsimus ad immittendũ hæc tanta mala.

In cauſa igitur ſunt multiplicia peccata, quibus iram Dei genns humanum in ſe provocat.

Explicatio horum verborum ita inſtituatur, ut primum ad Judæos pro iſtius populi & temporis ratione accommodatio fiat: tum ex hypotheſi theſis extruatur, quæ rurſus hypo-

theſi nos noſtrosq; homines pingente illuſtretur.

Sequor ordinem vocum ſimpliciſsimè.

1. **Daß Land iſt entheiliget von ſeinen Einwonern.**

Cauſa tam atrocium calamitatum eſt, non quod vel animus Dei per ſe ab homine averſus vel manus ejusdem abbreviata ſit: ſed quia habitatores terræ horrendis ſuis peccatis & flagitiis eam infecerunt ſeu polluerunt, ut benedictioni, protectioni, & favori divino præ tanta pollutione locus non ſit: ſubtrahit ergo Deus illi omuem felicitatem, omnibusq; bonis eam ſpoliat.

Hic in genere exaggeretur peccati natura ſeu effectus, quod ſcilicet fœdet & contaminet terram.

Accommodetur hoc ſigillatim ad urbanos, paganos, provinciales, inſulares, & ſi quæ aliæ ſunt hominum differentiæ: tum particulatim ad oppida, domos, conclavia, agros, prata, hortos, ſylvas &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Probentur ſingula ex ſcriptura.

Deinde etiam inprimis ſpecies illæ peccatorũ enumerentur, quibus nominatim hoc ſcriptura tribuit, quod illis terræ & regiones prophanentur.

Fiat applicatio ad noſtros, ſeriaq; adhortatio de agnoſcendis peccatis, de agenda pœnitentia, deq; cavendis ſtudio indefeſſo flagitiis, quibus regiones habitationis noſtræ inficiuntur.

Vide quæſo quantus hic piè dicendi campus apertus ſit.

Id jam pluribus per exegeſin exponit. 2. **Den ſie vbergehen das geſetz/** Legis, inquam, transgreſsio omnis mali origo eſt.

Ordo. 1. Finis legis divinæ. Ideo illa data & lata eſt, ut nobis vitæ, dictorum, factorumq; omnium regula ſit.

2. Additæ ſunt illi promiſsiones & comminationes graviſsimæ.

3. Quas ipſas exemplis evidentiſsimis Deus omnib. ſeculis eſt executus.

4. At quid fit? homines pleriq; per

iſta omnia perrumpunt, neq; ſe vel legis præceptis, vel promiſsionum calcaribus, vel minarum ſtimulis in officio contineri patiuntur.

5. Fieri ergo aliter non poteſt, quin cum promiſsionibus ſuis pro bonitatis ſuæ facultate implendis locum Deus non inveniat, comminationibus ſuis ſatisfacere pro juſtitiæ ſuæ neceſsitate debeat.

6. Applica, ſimulq; oſtende, quibus legis transgreſsionibus quas pœnas Deus comminetur, quomodoq; eæ nos delinquentes ſurſum deorſumq; urgeant.

3. Vnd ändern die Gebott. Non dubium eſt accuſare Prophetam omnes hominum ordines.

Fitq; hæc ſtatutorum inverſio, mutatio ſeu variatio multis modis in diverſis hominum ſtatibus.

Quando nimirum puritas doctrinæ cæleſtis contaminatur ſeu adulteratur commentis & interpretationibus humanis præter et contra ſcripturam efformatis.

Quan-

Quando proponuntur dogmata, mandata & decreta cum verbo Dei pugnantia.

Quando à forma ſacrorum, quam Deus præſcripſit, diſceditur, & ex placito hominum adduntur peregrina, vel à verbo Dei aliena, vel cum opinione meriti, cultus, & neceſsitatis introducta.

Quando non adminiſtratur ſubditis juſtitia conſtans, certa & æquabilis, aliaq; fiunt cum officio magiſtratus pugnantia.

Utrumq; ad auditores etiam & ſubditos ſuo modo referatur. Applica.

4. **Vnd laſſen faren den ewigen Bund.** Eſt & hic larga dicendi docendiq; ſeges.

Quomodo hæc ut & ſuperiora ad Judæos congruant, breviter poteſt indicari: inprimis vero ad nos accommodentur.

Dicaturq; : 1. quodnam ſit illud fœdus, quod divina majeſtas cum homine pepigerit, quomodoq; ſanciatur.

2. Quænam bona in eo nobis offerantur: & quare ſempiternum appelletur.

3. Quanta ſit illa felicitas eſſe in fœdere Dei ſeu Deo confœderatum.

4. Quid viciſsim Deus à nobis requirat, quidq; nos in pactione iſtius fœderis Deo ſpoponderimus.

5. Quam flagitioſè, quam malitioſè, quam deniq; perfidè maxima hominum pars ab iſta pactione deficiat, atq; initum fœdus violet.

6. Quam ſit hoc atrox peccatum.

7. Singula ex ſcripturis confirma.

8. Applica, atq; inde tantas eſſe pœnarum inundationes inculca.

5. Darumb friſſet der Fluch das Landt. Et effectus ſuperiorum, & pœnarum omnium fons ſeu ſcaturigo monſtratur.

Peccati comes indiviſus eſt maledictio Dei. Ut enim præceptorum divinorum obſervatoribus benedictio divina in omnibus quæ faciant & habeant promiſſa eſt: ita transgreſſoribus maledictio propoſita eſt.

Quia

Quia itaq; homines præſcriptum legis divinæ, multis, ut jam dictum eſt, modis tranſiliunt: fieri non poteſt, quin maledictio eos excipiat quæ ipſis omnia infeſta reddat.

Probetur id ſcripturæ ſacræ ſententiis.

Et hæc maledictio ſeu ira Dei affert omnia illa ſecum mala, hæc, inquam, eſt quæ terris & hominibus excidium extremasq; calamitates parit. Benedicente enim Domino omnia rectè habent: maledicente vero eodem nihil homini auſpicatum eſt. Hinc igitur illa, de quibus membro primo & tertio dictum eſt.

Pio ſerioq; affectu hæc illuſtrentur, exaggerentur, & ad noſtros applicentur.

6. **Den ſie verſchüldens die drinnen wonen.** Iterum nos reos agit, tum ut Deum omni culpa liberet, tum ut nos in ſeriam delictorum, quibus illa mala attrahimus, agnitionem deducat.

Nihil præter meritum nobis accidit: neq; eſt quod ullam aliam cau-

ſam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſam excogitemus, ut fere homines faciunt.

Servetur ordo explicationis in ſuperioribus indicatus.

Habes cauſam malorum, quæ nos affligunt, quintuplici vel ſextuplici verborum ſerie indicatam.

Quodnam igitur remedium tantis malis inveniendum? id per te jam vides, auditor, unicum ſcilicet illud, ſi ad Deum converſi terram ſceleribus noſtris non polluamus, ſed in lege & præceptis Domini ambulemus, ſtatuta ejus ſinguli ſuo loco obſervemus officiumq; faciamus, ſancta item fide fœdus ſalutis ſempiternum colamus, ut benedictione Dei perpetua fruamur.

Poſſunt hæc Epilogum ſuppeditare affectibus piis refertum.

Ante lectionem Epiſtolæ in ſacris hoc die pronuncietur Collecta.

Wy hebben geſündiget mit vnſen Vedern. Wy hebben Mißgehandelt vnd ſind Gottloß geweſen.

Allmech-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ALmechtige/ ewige/ vnd rechtuerdige Here vnd Godt / wat du in der hüdigen lection dines deners vnd Propheten Eſaiæ vns leſt anmelden vnd vorkündigen / datſuluige beuinden vnd ſpören wy ogenſchinlick hell vnd apenbar / dat ſolckes an vns dachlick in allen ſtenden / an allen örden vnd enden ervüllet werde. Allerley ſtraffe vnd vngelücke drücket vns/ du makeſt dat Landt leddich vnd wöſte/ vnd werpeſt vmme wat darinne js/ vnd vorſtröuweſt ſine inwaners. Jdt drept ock ſolck elende ahne vnderſchedt vns alle mit einander/ den jdt gheit dem preſter alſe dem volcke/ dem heren alſe dem Knechte/ der frouwen alſe der maget / dem vorköper alſe dem köper/ dem lener alſe dem borger / dem wanenden alſe dem ſchüldener. Dat Landt js leddich/ vnd dines milden ſegens berouet / dat Landt ſteit jamerlick vnd vorderuet / de högeſten im volcke des landes nemen aff / vnd in ſumma allenthaluen js groth elend vnd jamer. Wy erkennen ock geſtrenger Here Godt / dat du ſolckes heffſt geredet / vnd dith alles van diner handt herkumpt / vnd twar wegen vnſer veluoldigē ſunde vñ mißhandlinge/ dardorch wy dat Landt / darinnen wy wanen / enthil-

ligen:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ligen: Wy auergahn leider leider mannich-
uoldiger ja vntelliger wiſe dyn geſette / wy
vorandern de gebade / wy laten vahren den
ewigen vorbundt / den du mit vns vth lutter
barmhertichheit in dinem ſône Jeſu Chriſto
vpgerichtet / darümme frett de floeck dat
Landt / wente wy vorſchulden jdt / de darin-
ne wanen. Wy bidden ouerſt o allerleueſte
vader / du woldeſt nicht mit vns in dat ge-
richte ghan / ſunder dy auer vns erbarmen /
vns vnſere grote ſünde vnd auertredinge
vorgeuen / dinen hilligen Geiſt vorlenen / dat
wy van ſünden afflaten / ware bote don / in
dinem geſette vnd gebaden wandern / den
ewigen mit vns geſtiffteden bundt trůwlick
in acht nehmen / vnd vns darnach vorhol-
den: darmit alſo dyn torn vnd floeck / den wy
wol vorſchüldet / van vns genamen werde /
vnd wy dines hilligen milden ſegens hir tydt-
lick vnd hernach ewiglich geneten mögen /
vmme der hilligen vnſchuldt / vullenkame-
nen betalinge / vnd ſtediger krefftiger vor-
bede dines leuen Söns Jeſu Chriſti willen /
Amen.

Epiſtolæ loco more recepto legatur textus pro concione explicandus.

Evan-

Evangelii vice ſit parabola: Matt. 21. Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam &c. ad verba: reddit ei fructum temporibus ſuìs.

Preces finita concione poſt Litaniam ſingulis his diebus dicendæ.

Feria 1.

Rope my an ſpricke de HEre in der tydt der noth.

So wil ick dy erredden / vnd du ſchalt my pryſen.

Feria 2.

De HEre js na allen de en anropen.

Allen de en mit ernſt anropen.

Feria 3.

Gnedich vnd barmhertich js de HEre.

Gedůldich vnd van groter gůde.

BArmhertige/Getrůwe/allerleueſte Hemmelſche Vader / de du vns in aller jegenwerdigen vnd vorſtahenden noth dy anthoropen befahlen/ ock vmme dines eingebarnen leuen Sǒhns Jeſu Chriſti willen gnedige erhǒringe thogeſecht hefft: Wy bekennen dy vnſe veeluoldige ſůnde / darinne wy entfangen vnd gebaren ſynt / ock de wy dachlick begangen hebben / vnd darmit dinen rechtuer-

digen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

digen thorn vnd allerley ſtraffe / tydtlick vnd ewich vordarff gar wol vordenet.

Wy bidden öuerſt o allerleueſte Godt vnd vader / du woldeſt vmme Jeſu Chriſti willen vns gnedich vnd barmhertich ſyn / den woluordeneden thorn lindern vnd affwenden / vnd in diſſen ſorchliken tyden vor allerley vngelücke vnd vnheyl vns behöden. Erholdt O Here dine hillige Chriſtlike Kercke / vnd dines wordes warheidt / beſchütte vnſe gnedigſte vnd gnedige Auericheit / ſampt ehren Hochwiſen Reden / trüwen denern / vnd gehorſamen vnderdanen / ſegene dat hußregimente / vnd fordere de Chriſtlicke Kinder tucht / giff frede / geſunheidt vnd dat dagelike brodt: behöde vns vor falſcher lehre / krych / peſtilentz / dührer tydt / Füres vnde Waters nodt / vnd allen woluordeneden plagē: in dine Vederlike beſchuttinge beuehlen wy vns ſemptlick van herten / an lyff vnde ſeele / gudt vnd ehren / vnd allem wat du vns gnedichlick hefſt gegeuen. Sy gnedich O Here / ſy gnedich / lath o Here dyn angeſichte ricklick auer vns lüchten / dat wy dine vederlike hulpe ſehen vnd mercken / vnd diner gnedigen jegenwerdicheit vns jümmer mögen van her-

ten

ten erfröuwen / vnd dy als vnſen Barmher-
tigen Godt vnd Vader ewichlick lauen vnd
pryſen / Dorch dinen enigen allerleueſten
Söne Jeſum Chriſtum vnſen Heylandt vnd
Heren / Amen.

Pſalmi ante & poſt Concionem una cum Litania pro cujuſlibet loci ratione cantentur:

Ach Godt van Hemmel ſüh darin.

Waket vp gy Chriſten alle / ſydt nüchtern all thogelyck.

Idt wolde vns Godt gnedich ſyn.

TEXTUS FE-RIÆ SECUNDÆ.

Amos 4. a v. 6. uſq; ad capitis finem.

DEdi ego vobis mundiciem dentium in cunctis oppidis veſtris, & defectum panis in omnibus locis veſtris: & non eſtis converſi ad me, dicit Dominus. Etiam ego probibui à vobis pluviam, cum adhuc tres menſes ſupereſſent ad meſſem: & feci pluere ſuper civitatem unam, ſuper alteram autem civitatem non feci pluere. Pars una compluebatur, pars altera, ſuper quam non pluit, exareſcebat. Et ibant duæ tres

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

civitates ad civitatem unam, ut biberent aquam, & non ſunt ſatiatæ: & non eſtis converſi ad me, dicit dominus. Percuſsi vos ariditate & uredine: Inſuper etiam multitudinem hortorum veſtrorum, & vinearum veſtrarum, ficeta veſtra & oliveta veſtra voravit eruca: & non eſtis converſi ad me dicit Dominus. Miſi in vos peſtem, qualem olim in Aepyptum; occidi gladio juvenes veſtros electos, cum captivitate equorum veſtrorum: & aſcendere feci fœtorem caſtrorum veſtrorum & in nares veſtras: Et non eſtis converſi ad me dicit Dominus. Subverti vos, ſicuti ſubvertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti eſtis quaſi torris ereptus ex incendio.

Et non converſi eſtis ad me dicit Dominus.
Propterea & porro ſic tibi faciam Iſrael.

Quapropter, quoniam ſic tibi faciam, præparare, ut obviam eas Deo tuo Iſrael. Quoniam ecce ille formans montes, creans ventum, & enuncians homini eloquium, faciens auroram & tenebras, calcans ſuper excelſa terræ, Dominus Deus exercituum nomen eius.

Summa pericopes prælectæ ex notationibus ſequentibus collecta & contracta initio proponatur. Præbebit eam facilimè membrorum quatuor intuitus.

Ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Ex ea porro utrumq; patere oſtendatur:

Tum verba hæc ad præſens inſtitutum ſic ſatis eſſe accommodata:

Tum non prorſus incommodam ineptamve eſſe conſecutionem hodiernæ lectionis ad heſternam.

Primum Membrum.

Textus ad hoc membrum pertinens particulatim in explicatione ponetur. Argumentum eſt: Quod heri de pœnis divinitus immiſsis paulo generalius audivimus, id hoc loco ſpecialius, & quaſi per indicem ſeu nomenclaturam, ut ita dicam, exprimitur. Commemorat enim ipſe Deus per Prophetam ex ordine pœnas, quas populo Iſraëlitico huc uſq; immiſerit, quibusq; ſoleat omnibus temporibus hominum peccata vindicare.

Offert textus ſeptem flagellorum claſſes, quibus in iniquitates hominum Deus animadvertit.

In tractione ordinem hunc ſequendum judico.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

1. Verba ipſa ſigillatim explicentur, declarato pœnæ genere ibi expreſſo.
2. Oſtendatur in ſingulis, à Deo illa eſſe. Ideo toties hic dicitur: Jch/ Jch/ Jch. ſpricht der Herr: ſpricht der Herr: ſpricht der Herr etc.
3. Probetur ex ſcriptura omnia hæc peccatorum eſſe ſupplicia, idq; in genere & ſpecie.
4. Addantur exempla.
5. Singula iſta ad nos transferantur, & vel eædem vel ſimiles, & vicinæ, quæ partim nos premunt, partim expectandæ nobis ſunt, ſub conſpectum producantur.
6. Remedii exhibitio: cavendum ſcilicet à peccatis pœnas iſtas effugere volentibus.

1. Jch hab euch in allen ewren ſtädten müſſige Zeene gegeben / vnd mangel an Brod an allen ewren örten. Prima flagellorum ſpecies fames. Hæc pœnarum non minima ſæpe populum Judaicum afflixit, ut oſtendit ſacra hiſtoria, & conciones Prophetarum.

Quis? Jch hab gegeben. Vos aliis cau-

cauſis famem eam aſſcribere ſoletis: Ego vero me ejus autorem profiteor: mihi igitur aſſcribendum ſtatuite.

Quibus? Euch / Populo meo, peculio meo, ſacerdotali & regiæ hæreditati meæ, cui tam amplas promiſsiones dedi.

Quid? 1. Müſſige zeene. 2. Vnd mangel an Brod: ſignificat penuriam panis & cibi. Vocat mundiciem dentium, ut nihil hæreat inter dentes neq; panis neq; carnis. Non fuit vobis tanta cibi copia, ut denti ſcalpio opus haberetis.

Ubi? 1. In allen ewren ſtädten. 2. An allen ewren örten. Famem innuit univerſalem, nec potuiſſe urbis locive unius affluentiam alterius inopiæ ſub venire.

Exequere ordine ſupra indicato.

2. Auch hab ich den Regen vber euch verhalten / biß das noch drey Monden waren zur Erndten / vnd ich ließ regnen vber eine Stad / vnd auff die ander ließ ich nicht regnen. Ein Acker ward beregnet / vnd der ander Acker der nicht beregnet ward / ver-

dörrete: Vnd zogen zwo / drey Städte zu einer Stad / das ſie Waſſer trincken mochten / vnd kundtens nicht gnug finden. Secunda pœna, qua Iſraëlitæ fuerunt afflicti, ſiccitas eſt nimia, intempeſtiva, & maximè noxia, quæ & ſpem uberioris proventus in poſterum abſtulerit, & præter famem, ſiti etiam populum miſerè vexarit.

Terra enim Iſraël alioqui aridior eſt, & paucos inſignes amnes habet. Eſtq; montana: unde facile laborat ſiccitate, ut paſsim patet ex Prophetarum concionibus.

1 Auch. Præter ſuperiorem plagam. Habet enim Deus varia flagella quibus homines in ordinem redigat.

2. Hab ich. Paulo ante.

3. Den Regen vber euch verhalten. Clauſi cœlum, ne ulla pluvia deſcenderet. Nota, unde ſit quod tempore debito, cum inprimis pluviam optamus, ea non contingat.

4. Biß das noch drey Monden waren zur Erndten/ ita ut frumenta propter ſiccitatem non poſſent ad maturitatem

venire,

venire, ſed vel exareſcerent, vel vana ſpe luderent agricolas.

Fruges, ut magis adoleſcant & matureſcant, iſtis menſibus vehementer opus habent pluvia, ne æſtu nimio ſegetes adurantur, tum ut alimentum habeant neceſſarium. Quod ſi in noſtris hiſce regionibus frigidis & humidioribus etiam ex parte neceſſarium eſt, quanto magis in regionibus orientalibus calidioribus & ſiccioribus.

5. **Vnd ich ließ regnen vber eine Stad/ vnd auff die ander ließ ich nicht regnen / ein Acker ward beregnet / vnd der ander Acker/ der nicht beregnet ward / verdörrete:** Ne caſu aut fortuito hoc accidiſſe putaretur, aut ſtellarum viribus aſſcriberetur, ſed ut opus Dei eſſe conſpiceretur. Ita ergo omnino in ſolius Dei voluntate ſitum eſt. Is uni, ubi vult, benefacere poteſt, alteri non. Poteſt is pluviam concedere, poteſt & inhibere, & ſi concedit, ita temperare poteſt, nt quod parti regionis dat, parti neget.

Et ſane experientia docet ſæpe id

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

fieri, ut una pars uel civitatis vel agri compluatur, altera iſto beneficio deſtituatur.

Idem de aliis quoq; Dei beneficiis accipe.

Habes inſignem doctrinam hoc loco, de aëris qualitatibus, tempeſtatibus, fecunditate, ſterilitate: Non ſunt iſta fortuita: non pendent à ſolis cauſis naturalibus, ſed à Dei nutu & providentia. Huc legis promiſsiones & comminationes. Huc quotidiana experientia, ad quam diligenter attendendũ piis in timore Domini. An non in eadem vicinia ſæpe diverſæ aëris conſtitutiones, diverſæ tempeſtates? An non grandine interdum nonnullæ ſegetes ſternuntur, aliis, iisq; non tantum propinquis ſed & contiguis intactis & ſalvis? An non in eadem regione agrorum proventus hic dives, loco vero vicino tenuiſsimus ſæpenumero &c?

Vult ergo Deus agnoſci, diligi, metui, coli.

Attende Agricola.

6. Vnd

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

6. Vnd zogen zwo drey Städte zu einer Stad / das ſie Waſſer trincken mochten / vnd kundtens nicht gnug finden. Vide pœnæ gravitatem. Vide quomodo rependerit Dominus luxuriam, helluationem & crapulam populi ſui de qua initio hujus capitis dixerat. Incolæ cogebantur mendicare hinc inde aquas, quas tamen ad ſufficientiam non inveniebant. Diſcurrebant civitates plures ad unam aliquam, ubi aquæ ſpes concepta, quæ tamen illos fefellit.

Solet ita Deus tractare contumaciter peccantes, inprimis eos, qui donis Dei intemperanter abuti conſueverunt. Quod ſi opulentioribus id raro accidere videatur: Sæpe tamen ita in illis hæ minæ implentur, ut in morbos eiuſmodi incidant, in quibus ſitim nulla ratione explere queant.

3. Ich plaget euch mit dürrer zeit vnd mit Brandkorn. Tertium flagellum, frugum corruptio à ventis nimium ſiccantibus aliisq; cauſis quibuscunq;.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Ich plaget euch / percuſsi, afflixi vos. Nota. Homo percutitur, cum res, quæ ad hominis ſuſtentationem pertinent corrumpuntur. Pondera.

Mit dürrer zeit / vento urente, qualis eſt orientalis, unde & apud colonos noſtros peculiare nomen invenit Oſtenhare: Ventos intempeſtivos multis modis frugibus obeſſe, declaretur ex experientia.

Vnd mit Brandtkorn. Oriuntur hæc aliaq; mala ex aëris inconſtanti mutatione, quando pluvias immodici æſtus, & hos rurſum pluviæ frigidiores excipiunt.

Qui agriculturæ dat operam, noverit hoc familiarius inculcare.

4. So fraſſen auch die Raupen alles was in ewren Gärten / Weinbergen / Feigenbäwmen vnd Olebäwmen wuchſen. Notat conſumtionem fructuum in hortis, vineis, ficetis & olivetis per erucas factam.

Sunt & hi fructus donum Dei, ſuumq; habent uſum non contemnendum,

dum, tum in victu, tum medicina. Verum & hos aufert Dei adverſus peccata noſtra indignatio.

Vide. Utitur etiam Deus inſectis contra nos, bruchis, erucis, papilionibus, vermiculis & beſtiolis quibusvis viliſsimis. Quis vero eſt qui iſta à Deo immitti ſtatuat?

5. **Ich ſchicket Peſtilentz vnter euch / gleicher weiſe wie in Aegyptẽ.** Quinta pœnarum claſsis peſtis, aliiq; morbi virulenti & contagioſi, quibus repentina morte ſine diſcrimine perſonarum & ſtatuum plurimi tolluntur, ſicut olim in Aegypto variæ pœnæ eductionem populi Iſraëlitici præceſſerunt, & inter reliquas etiam una nocte omnia primogenita occidebantur.

Obſerva. Deus Iſraëlitas contumaciter delinquentes, eodem loco, quo Aegyptios habuit, eodemq; modo tractavit. Sic igitur pro hoſtibus etjam populum à ſe peculiariter electũ habet, hoſtiumq; modo & more excipit, ſi peccatis ſe fœdet.

6. **Ich tödtet ewer Junge Manſchafft**

durchs

durchs Schwert / vnd ließ euwre Pferde gefangen wegfüren. Jch ließ den ſtanck von ewrem Heerlager in ewre Naſen gehen. Aliud malum gravius & atrocius, bellum ſcilicet, & quæ inde exiſtunt.

Jch tödtet mit dem Schwerdt. Ergo bellum immittitur à Deo: utiturq; Deus gladio hoſtium ad punienda peccata populi ſui. Cogita de bello Turcico, aliisq; direptionibus.

Ewer junge Manſchafft/ florem veſtri populi, milites electiſsimos, fortiſsimos, robuſtiſsimos.

Vnd ließ ewre Pferd gefangen wegfüren. Abduxit hoſtis equitibus veſtris jugulatis, me faciente, validiſsimos equos veſtros, in quibus præcipuum belli robur ſitum eſt.

Jch ließ den ſtanck/ von ewrem Heerlager in ewre Naſen gehen. Hypotypoſis ſtatus bellici. Fœtor hic multis de cauſis exiſtere potuit: partim ex cadaveribus occiſorum: partim ex lue in caſtris graſſante.

7. Jch keret etliche vnter euch vmb / wie Gott Sodoma vnd Gomortha vmbkeret/

das

das jhr waret wie ein Brand der aus dem Fewer geriſſen wird. Cladem & internecionem extremam deſcribit, & ut rem evidentiſsime depingat, exemplum allegat, quo nullum horribilius extat. Nuſquam legimus terrã Iſraëlis igne cœlitus demiſſo ſubmerſam & in lacum verſam. Sed hac amplificatione oſtendit Propheta Deum extremi rigoris & ſeveritatis ſpecimẽ in Judæis edidiſſe, ac ſi in univerſum illos excindere inſtituiſſet.

Daß jhr waret wie ein Brand der aus dem Fewer geriſſen wird. Et iræ divinæ horrendam gravitatem exprimit, & aliquos tamen ex medio iræ divinæ incendio gratuita Dei bonitate ereptos aſſerit.

Hactenus primi membri explicatio, ubi præter ordinem ſupra indicatum in fine etiam hæ obſervationes ſub indicentur.

Notanda hic potentia Dei, qui inſtructus eſt plurimis iisq; fortiſsimis armis, quibus noſtram ferociam domet atq; coërcet. Habeat ſterilitatem

ter-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

terræ, caritatem annonæ, famem, ſitim, ſiccitatem, tempeſtates, ventos, peſtem, morbos, gladium, exercitus hoſtiles, aliaq; id genus ſexcenta flagella.

Cœlum & terra omnesq; adeo creaturæ infeſtæ iis ſunt, quos Deus ob peccatum pro hoſtibus habet.

Harum pœnarum unam poſt aliam immittit Deus. Nam non eſt ſentiendum quod pœnæ iſtæ uno anno venerint, ſed ſinguli anni ſuas pœnas adferebant, ut & hodie eodem modo nobiſcum agitur.

Obſerva item quomodo Deus pœnas magis magiſq; exaſperet, ut plurimum à mitioribus incipiendo, paulatimq; quaſi per gradus progrediendo, donec ad extremum tandem excidium perveniat.

Cavendum ergo ne judicia ipſius contemnamus, aut iram ipſius adverſus nos provocemus, & irritemus.

Mem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Noch bekeret jhr euch nicht zu mir ſprichte der Herr.

Stuporem & incurabilem malitiam Judæorum, omniumq; hominum accuſat Dominus, quod cum ſibi in harum pœnarum congerie nihil aliud propoſitum ſit, quam ut ad meliorem frugem ipſos reducat, illi nihil minus penſi habeant, quam ut iis ad ſeriam pœnitentiam & converſionem ſe perduci patiantur.

Duo igitur ſunt, quæ his verbis Dominus ſignificat, quæq; nobis hic conſideranda veniunt.

Primum quo fine, quove conſilio Deus hominibus tot tantasq; plagas immittat. Non quod delectetur hominum perditione, & afflictionibus, non quod invideat hominibus felicem rerum ſtatum, non quod manum habeat abbreviatam, aut exhauſta jam ſit bonitatis ipſius penus:

Sed quod iſto modo homines ad veram pœnitentiam, ſeriumq; pieta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

tis ſtudium revocare velit. Cum enim conciones verbales contemni videt, uſurpat haſce conciones reales &c.

De hac cauſa impulſiva & fine calamitatum frequentes ſunt in ſcriptura ſententiæ.

Illuſtretur res exemplis.

Fiatq; accommodatio ad nos.

Moneanturq; ſinguli

1. Ut ita de afflictionibus omnibus & ſingulis judicare & ſentire diſcant, ut quot vident graſſari publicè & privatim malorum genera, tot ſe ſtimulis ad converſionem excitari ſtatuant.

2. Ut ſummam Dei bonitatem & indefeſſum noſtræ ſalutis & perpetuæ felicitatis ſtudiũ etiam in medio graviſsimarum & triſtiſsimarum pœnarum reverenter agnoſcant, & piè exoſculentur.

3. Ut ad eundem finem afflictionibus utantur, quem Deum iis immittendis intendit: agant ſcilicet pœnitentiam & ad Deum convertantur.

4. Ubi

4. Ubi ſimul notatu digniſsimum eſt, quod his ipſis verbis pauciſsimis veræ pœnitentiæ ratio breviſsimè quidem ſed propriiſsimè & clariſsimè deſcribitur: Quod ſcilicet ſit ad Dominum converſio.

Eſt ergo vera pœnitentia peccatoris à peccatis ad Dominum per ſerium ob peccata dolorem, veramq; in Chriſtum fidem, quæ perpetuo conjunctum habet novæ obedientiæ ſtudium, converſio.

Oſtendantur hic veræ pœnitentiæ & partes & fructus: quæ omnia inſunt hiſce vocibus: converti ad Dominum.

5. Tales ergo in pœnis immiſsis nos exhibeamus, non ut tantum malorum ſenſu afficiamur, de illis queramur, & peccata noſtra utcunq; accuſemus, de præſenti liberatione ſoliciti, cujus ubi ſpes aliqua affulſerit mox in pejus recidamus.

Sed finem pœnitentiæ nobis in Deo propoſitum eſſe cogitemus, ad quem nobis contendendum, ut illi in Chri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſto vera fide apprehenſo reconcilie-
mur.

6. Ergo vox: ad me: excludit hypocriſin, excludit fictam pœnitentiæ ſpeciem: excludit etiam Judæ & Cain pœnitentiam, qui à Domino non ad Dominum ſe converterunt: & rurſus requirit ſerios motus cordis, ſerium horrorem & dolorem de admiſsis peccatis, ſerium ſtudium diſcedendi à peccatis, ſeriam fidem in Chriſtum, in quo ſolo patet nobis aditus ad Deum &c.

Inſiſte, expende, extende.

Alterum quod his verbis proponitur, objurgatio eſt hominum, quod Deo per pœnas immiſſas ad converſionem vocanti, contumaciſsimè reluctentur, & ne quidem duriter caſtigati reſipiſcere velint.

Et quam ſerio hæc dicantur, quamq; triſtiſsima hæc querela cor Domini feriat, inde eſt intelligere, quod (verſu quaſi intercalari) quinquies hæc verba repetit: **Noch bekeret jhr euch nicht zu mir**: Et ob majorem Emphaſin
ubiq;

ubiq; addit : **ſpricht der Herr.** v. 6. 8. 9. 10. 11.

q. d. Tot tantisq; malis emolliri non potuiſtis, adhuc vos invenio impœnitentes : cœlum & terra pugnat vobiſcum, & tamen à peccatis non deſiſtitis : multiplicantur flagella, ſed non apparet pœnitentia :

En tibi cordis humani duriciem, verè duricie adamantem excedentem. Ea enim eſt humani ingenii pervicacia, ut ubi peccatis & contemtui verbi aſſuevit, poſtea nullis rationibus imo ne plagis quidem ullis ſuperari aut curari poſsit.

O ſtupendum ſtuporem : ô pectora caucaſi rupibus duriora : ò nos extremè delirantes : Morborum fontes à Medicis requirimus & remedia expetimus, pœnarum vero divinarum cauſas ut indagemus, iisq; ad reſipiſcentiam flectamur, adduci haudquaquam poſſumus. An non multorum tanta eſt contumacia, ut quanto ſæpius, quanto gravius, quanto horribilius à Deo plectuntur, tanto illi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

minus flectuntur? quantoq; propius Deus in verbo & pœnis ad illos accedit, tanto illi longius ab ipſo recedunt? ô cæcitatem: ô amentiam.

Proba, illuſtra, exaggera, accommoda. Etenim ſinguli ſi ipſi ſe probè examinent, eundem in ſemetipſis animum fere deprehendent. Agnoſcamus hanc noſtram malitiam, pudeatq; nos ejus, neq; ita in utramq; dormiamus aurem, quin pœnarum nos prementium iliade in peccatorum agnitionem vitæq; emendationem deducamur. Quod ſi non fiat, minimè feremus hanc præfractam contumaciam inultam. Audi enim, quid expectandum porro ſit tam obſtinatè pertinacibus.

Tertium Membrum.

Darumb wil ich dir weiter alſo thun Iſrael.

Comminatio eſt de continuatione pœnarum, ubi continuantur peccata.

q. d. Quoniam apud vos nihil apparere video niſi impœnitentiã, nullisq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

lisq; plagis vos emendari, & ne tunc quoq; moveri, cum extremus interitus vobis ob oculos verſatur (dixerat enim paulo ante hæc verba de internecione horribili ad inſtar Sodomæ & Gomorrhæ) agedum, non defatigabitis me: Sed inſtabo iisdem atq; aliis hujuſmodi pœnis multis ſubinde exaſperatis, ut vel tandem cervicoſa veſtra corda frangam & adamantinam veſtram obſtinatiam emolliam.

Nulla ergo ſpes proſperitatis aut felicitatis relicta eſt iis, qui in impœnitentia perſeverant: imo potius indies majora mala ipſis metuenda.

Solent homines in rebus adverſis conſtituti ſibi polliceri indies meliora, & audiuntur voces à multis: **Es muchte ja noch ein mal beſſer / beſſere zeit werden: Es muchte ja allzeit ſo böß nicht bleiben.**

Hæc ſpes ſi ſolido inniteretur fundamento, miſericordiæ ſcilicet Dei ob filium mediatorē viva fide à converſis apprehenſum placati: certiſſi-

ma eſſet, & indubitato veriſsima, ut-
ut diutiſsimè differretur.

At quia iſtud fundamentum non habet, verum à pleriſq; improbis & impœnitentibus pro more & ex rerum viciſsitudine, humaniſq; eventibus, & varia fortunæ, ut appellant, facie concipitur & profertur: ſomnium eſt vanum & inane.

Ita enim eſſe evidentiſsimè nos hæc verba Domini convincunt, quibus oſtenditur, niſi emendatio converſioq; hominum intercedat, nihil de mitigatione pœnarum cogitandum: quin potius ita habendum, Der Herr wolle vnd werde vns noch weiter alſo thun / ut hactenus, non remiſſurum quicquam de ira ſua non ſublaturum, ſed aggravaturum pœnas immiſſas.

Producantur hic ſimilia ſcripturæ loca inprimis operæ precium fuerit huc afferre partem capitis 26. Levit. à v. 14. ad 39. vnde inſigniter hæc illuſtrari poſſunt.

Et ſane exequitur quotidie ſuum hoc judicium Deus.

Quar-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Weil ich den dir alſo thun wil / ſo ſchicke dich Jſrael vnd begegne deinem Gotte. Den ſihe / Er iſts / der die Berge macht / den Wind ſchaffet / vnd zeiget dem Menſchen was er reden ſoll. Er macht die Morgenröte / vnd die finſterniß / er tritt auff den höhen der Erden / er heiſt Herr Gott Zebaoth.

Nunc quid conſilii ſit, quid remedii reſtet, ſeria ſcilicet ad Dominum converſio docetur, ſumto argumento ab immenſa Dei majeſtate eiuſq; ſtupendis effectis.

Eſt itaq; & hoc membrum bipartitum.

Primo enim Propheta proponit amiciſsimam & conſolationis plenisſimam hortationem, qua concionem ſuperiorem & comminationem ſeveriſsimam mitigat & temperat, oſtendens quid faciendum, ut pœnæ, præſentes tollantur & mitigentur, futuræq; avertantur & caveantur.

Vide ſis ſummam Dei bonitatem &

inexhauſtam miſericordiam, nil undicunq; quærentis niſi ſalutem noſtram.

Quare vero de ſalutari conſilio cogitandum eſt? **Weil ich den dir alſo thun wil.** Repetit comminationem iisdem quidem verbis, ne temere excidiſſe putemus, aut Deum mutabilem in minis exiſtimemus: Hæc cauſa eſt, cur conſiliũ hoc toto pectore acceptandum, illiq; ſerio locus dandus ſit: quia certo ſtatuit Deus inſtitutum hoc ſuum perſequi, niſi ipſius voluntati nos ſubjecerimus. Inculca.

Quid faciendum? **So ſchicke dich.** Noli perſeverare in delictis, evigila, redi ad ſaniorem mentem, noli ita deſidere in turpitudine delictorum tuorum, audi verbum Dei, eoq; modo, quo ex eo intelligis opus eſſe, præparare, ſcito tibi cum ſummo dominorum domino rem eſſe.

Hic piè dici poteſt de præparatione & interna & externa ſalutariter ad Deum acceſſuris neceſſaria.

Iſra-

Iſrael. Repetit vocem antea poſitam idq; non ſine cauſa.

1. Cogitare debet populus Dei, quis ſit, unde nomen ſuum ſortitus ſit, & ne illo ſe indignum exhibeat.

2. Eſt & plena affectibus vox. Ut pater filium aberrantem ad frugem revocaturus, ſæpius nomine ipſum proprio compellat, idq; ideo, ut cor filii magis magisq; frangat & feriat. Vrge.

Vnd begegne dinem Gotte. Pulcherrima verba. Occurrendum eſt Deo. Deus judex juſtiſsimus ſe variis pœnis, tanquam armis inſtruxit, jamq; itineri ſe accinxit, ut ad nos puniendos accedat, imo jam ſe dedit in viam. Obviam itaq; illi eundum, & detinendus, ut ita dicam, ipſe eſt, oranduſq;, ut iter id nobis minimè auſpicatum ſuſpendat, nobisq; clementer parcat.

Id fit vera pœnitentia, de qua ſi membro ſecundo egiſti, hic auditorem eo remitte aut contra.

Deinem Gotte. Quis cogitatione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

conſequi, quis lingua eloqui vocis hujus ſuavitatem poteſt? Vult Deus etiam in medio pœnarum, ſi ſanabiles ſimus, eſſe Deus noſter, imo nunquam vult deſinere eſſe Deus noſter, modo vera reſipiſcentia illi in occurſum eamus, humiliq; deprecatione brachia ad puniendum jam extenſa amplexemur.

Hoc igitur eſt conſilium illud ſalutis, quod iis affert, quos optimo jure perdere poterat.

Nos igitur tam ſalutari conſilio pareamus, & cum vel verbo, vel plagis ob inobedientiam caſtigamur, abſit, ut ab ipſo recedamus, quin potius operam demus, ut ipſi reconciliemur, obviam illi vera ſeriaq; converſione procedentes.

Et hæc unica ratio eſt inveniendi gratiam malorumq; levationem, præter, ante & contra quam, ſi quid tentaveris: fruſtra & vanum laboraveris.

Poſſunt hæc utiliter & accommo-
datè

datè pro ratione auditorii cujuſvis illuſtrari.

Secundo deſcribitur his ipſis verbis, hujuſce Dei, in cujus occurſum eundum, ſumma majeſtas & potentia.

Tum ut quantus ſit ille Deus cogitetur: tum ut ſecuris admonitionum piorum contemptoribus ſecuritas excutiatur: Tum ut infirmi & trepidantes ſpem exauditionis, liberationis & auxilii certiſsimam concipiant.

Cum enim tantus ſit Deus qui &c. (ut ſequitur) ergo merito in illius nos obedientiam totos dedere, illiq; nos ſubmittere & neceſſe & utile fuerit. Fruſtra enim recuſamus illiq; nos opponimus. Potentiſsimus enim eſt ad nos conterendos.

Rurſus cum tantus ſit, facile nos ex omnibus afflictionibus quantumvis extremè inexpugnabilibus pro benigniſsima voluntate & expeditiſsima facultate extricabit.

Den ſihe. Vox attentionis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Et iſtis. Hæ voces in ſingulis ſequentibus repetendæ, illisq; jungendæ.

1. **Der die Berge macht.** Magnum divinæ omnipotentiæ argumentum.

Hic pulchrè de montibus & quæ in illis ſpectanda occurrunt, qualia ſunt moles, altitudo, longitudo, latitudo, faſtigia, præcipitia, ſcopuli, fontes, ſylvæ, paſcua, metalla, perpetuitas &c. dici poteſt, quæ omnia ad Dei, qui ex nihilo illos condidit, conſervatq;, majeſtatem exaggerandam mirè faciunt.

Quid eſt homuncio ad tot tantosq; montes: Et quid tanto Deo impoſſibile, ſive malè ſive benè facere nobis velit?

2. **Den Wind ſchaffet.** Creator eſt venti: Tempeſtates etiam ciet, quantas, quando & quamdiu, quib. locis vult.

Ventorum, tempeſtatumq; miram energiam & vim incredibilem re ipſa experimur: ædificia ſternuntur, arbores diſrumpuntur, ac radicitus evelluntur: Saxa, aliæq; res & moles

les graviſsimæ in ſublime tolluntur, maria tota commoventur, terræ concutiuntur, graviſsimæ & periculoſiſsimæ inundationes cientur, fiuntq; alia ſexcenta hujuſmodi.

Hæc omnia ventus à Deo concitatus efficit, ventus, inquam, res oculis noſtris minimè per ſe obvia, ſed inviſibilis, tam efficaciſsimi tamen motus, miræq; agitationis.

Venti igitur ſonitum audientes, ejusq; effecta cernentes, & damna ſentientes, de autore ejus, qui illum ex theſauris ſuis depromit, cogitemus, & contemplatione tantæ potentiæ ad illum colendum & venerandum exuſcitemur.

Eſt hic locus multa monendi, præſertim noſtris hiſce temporibus & locis.

3. **Vnd zeiget dem Menſchen was er reden ſoll.** Non diſputo hic (ut neq; alibi) de verſione: retineo ſimpliciter verba.

Potentiam Dei commendat vates ex eo: quod Deus

Tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Tum cognitas habeat omnes omnium hominum cogitationes, conſilia, & voces:

Tum easdem pro arbitrio ſuo regat, flectat, mutet, inclinet & moderetur.

Utrumq; ex ſcriptura oſtendatur.

Magna hæc Dei eſt potentia, perſpecta habere hominum corda, penetrare in abditas animorum abyſſos, gubernare corda & linguas ſummorum & infimorum, ut ad nutum ipſius cogitent, ſentiant, inſtituant, loquantur, quæ prius in animum non induxerunt. Transfer ad ſpeciem.

Hic ergo Deus jure omni timendus, ab ipſo pendendum, & ab ipſo qui & corda & linguas hominum ad ſuum habet nutum, nihil non expectandū.

4. Er macht die Morgenröte: Aurora res eſt mira à motu & acceſſu ſolis pendens certis determinatisq; limitibus divinitus conſtitutis. Confluant omnes totius orbis vires & tale quid effectum dent.

Intelligi etiam ſub hac voce ipſam lucem generaliter ex ſequenti Antitheſi planum eſt. Und

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

5. **Vnd die finſterniß.** Vel ordinariè, vel extraordinariè, ut in Aegypto.

Utrumq; ergo Dei eſt creare lucem, & efficere tenebras. Cogita quanta & hæc ſint.

Et ſicut rerum naturas efficere & invertere h. e. Si ita illi libeat, diem in noctem, & hanc in diem commutare poteſt: ita lætam proſperæ fortunæ auroram in improviſam infortunii lugubris nubem convertere: & rurſus triſtes afflictionum tenebras in exoptatam felicitatis lucem transformare novit.

6. **Er trit auff den höhen der Erden.** Significat Deum omnibus creaturis etjam eminentiſsimis & ſummis excelſiorem, omniumq;, quæ in terra ſunt, gubernatorem eſſe, omnia diſponere, tollere, deiicere, vertere, flectere &c.

Nihil eſt tam ſublime, nihil tam elatum, nihil tam auguſtum, nihil tam robuſtum, quin ſit ipſe Dominus ſublimior, elatior, auguſtior, robuſtior: **Er trit auff den höhen der Erden** / omnia

ſunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſunt ſubjecta ipſius pedibus, eſtq; tantum ejus robur, ut ſi velit, ita tractare altiſsima quæq; facile queat, ac ſi quis pede aliquid conterat vel conculcet.

Expende, extende, uſumq; oſtende.

7. **Er heiſſet Herr Gott Zebaoth.** Breviter ſuperiora omnia complectitur, atq; ita verbis maximè emphaticis concionem aptiſsimè concludit.

Er heiſſet. Nomen autem Dei eſt ipſa Dei majeſtas & eſſentia. Non enim ut nos homines nomine vel eget, vel ab aliis diſcernitur, ſed quod dicitur eſt, & è converſo.

Herr Gott. Explicentur voces & earum uſus inculcetur.

Zebaoth. h. e. exercituum: habens quippe exercitus potentiſsimos, inſtructiſsimos, paratiſsimos. Omnes enim creaturæ ipſi militant, cæleſtes, terreſtres, & infernales, aëreæ, aquatiles, & ſi quæ ſint aliæ. His ad exequenda juſta ſua judicia, quibus, quoties, quando, quamdiu, quomo-

do,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

do, & quantum vult, utitur. Neq; eſt illarum ulla, quin ſuo creatori & imperatori ad nutum præſto ſit, & obedientiſsimè atq; promptiſsimè ſerviat.

Deducantur hæc altius teſtimoniis ſcripturæ & exemplis.

In epilogo hujus membri totiusq; concionis, fideliter repetatur admonitio de uſu nervoſiſsimæ hujus deſcriptionis Dei ad veram pœnitentiam, certam fiduciam, vitæq; emendationem accendendam. Deniq; inprimis tum ex toto contextu, tum ex poſtremis hiſce verbis pii ad timorem & venerationem Dei ſubiiciantur & relinquantur ſtimuli.

Collecta ante Epiſtolæ lectionem.

HEre handele nicht mit vns na vnſen Sůnden.

Vnd vorgelde vns nicht na vnſer Miſſedadt.

ALmechtige / rechtuerdige Herr Godt Zebaoth / de du alle Creaturen geſchapen/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

erhölſt / vnd nah dinem willen gebrukeſt / de Sünde tho ſtraffen / vnd dine Kinder tho beſchütten vnde tho ſegenen / du biſt jdt de de grote hoge berge makeſt / den ſtarcken gewaldigen windt ſcheppeſt vnd gruwſame ſtorm vnd vngewedder erregeſt / in diner handt ſyn aller Menſchen herten / gedancken / vnd tungen / de du ock regereſt nah allem dinem gefallen / du makeſt de Morgenröde / vnd de düſterniſſe / van dy js gelück vnd vngelück / du geiſt vnd triſt vp alles wat hoch js edder genömet werden mach. Wy erkennen dine grote Mayeſtet / herlicheit / vnd gewaldt / ock dinen rechtuerdigen torn jegen vnſe ſünde / welcke du mit allerley ſtraffen vnd plagen / ludt diner veluoldigen drouwinge heimſochſt / vnd tho allen tyden ſtraffeſt / mit mißgewaß an korn vnd voder / vnd anderer nottrofft / mit gebreck an fruchtbarem heylſamen wedder / mit ſchedtliken harden winden / mit brandtkorn / rupen vnd anderm dergeliken vngezifer / dardorch de maſt vnd andere fruchte der garden vnd feldes vordoruen werden / mit gruwſamer ſchedtliker auerſtörtinge des Meers / ock mit peſtilentz / vnd velen hefftigen / gifftigen vnd vngewonlicken

Kranck-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

kranckheiden/ mit infallen des Turcken/ vnd anderen gruwliken krigen / mit vorwöſtinge veler landt vnd lüde. Vnd wowol du ydt alles darhen meneſt vnd deiſt/ dat wy ware bothe don / vnd vns van herten tho dy bekeren ſchulden : ſyn wy doch ſo blindt / hardt vnd vorſtocket / dat wy ſolckes nicht achten/ noch vns tho dy bekeren / darauer du billich in der hüdigen Prophetiſchen Lection tho etliken mahlen hertlick klageſt/ ock darbeneuen ernſtlick drouweſt/ dewile wy dorch dine rechtuerdige vorher ertellede ſtraffe vns nicht willen thor beteringe erwecken laten / willeſt du ock vordan vnd ferner alſo dhon / giffſt auerſt darby ock diſſen getrüwen heylſamen rath/ dat wy vns noch ſchicken/ vnd dy vnſem Gade beyegenen ſchölen / darmit du jo betügeſt/ dat du nicht wult vnſen Dodt edder vorderff / ſündern dat jdt vns an Seel vnd lyue hyr tydtlick vnd hernach ewichlick möge wol ghan. Erbarme dy auer vns allerleueſte Vader / erlüchte vns mit dinem hilligen Geiſte dat wy jo nicht in vnſen ſünden vorharren / ſtaruen vnd vordaruen/ ſondern diner tüchtinge darhen gebruken / dat wy van ſünden afflaten / vns thor waren bothe van

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

herten ſchicken / dy vnſerm Gade demödich-
lick beyegenen / mit warer hertliker rüw / mit
faſtem Glouen an Jeſum Chriſtum / mit ei-
nem hertliken Gebede / mit warer beteringe
vnſers Leuendes / darmit du alſo dinen thorn
gnedichlick fallen lateſt / vnd vns Barmher-
ticheit bewyſeſt / vmme dines Leuen Söhns
Jeſu Chriſti willen / Amen.

Epiſtola textus explicandus.

Evangelium Luc. 13. ab initio capitis ad verba: Sin autem, in futurum ſuccides eam.

Poſt Litaniam repetantur preces ſupra poſitæ: Barmhertige etc.

Vth deper noth ſchrye ick tho dy.
Erbarm dy miner o Here Godt.
Godt de Vader wahn vns by.

CONCIO TERTIA.

Textus.

Hierem. cap. 14. v. 19. 20. 21. 22.

NVnquid abjiciendo abjeciſti Iuda? nunquid à Zion abhorret anima tua? Quare nos percuſſiſti,

cuſsiſti, & non eſt nobis curatio: Expectavimus pacem & nullum fuit bonum: tempus medelæ, & ecce turbatio.

Agnoſcimus Iehovah impietatem noſtram, iniquitatem patrum noſtrorum: quia nos adverſum te peccavimus.

Verum propter nomen tuum, ne tradas nos confuſioni: & ne proſternas ſolium gloriæ tuæ. Recordare, nec facito irritum pactum tuum nobiſcum.

Nunquid ſunt in idolis gentium, qui pluere faciant? Aut num cœli dabunt imbres? An non tu es jehovah Deus noſter, in quem ſperamus? quia tu facis omnia hæc.

Ardentiſsima eſt & ex corde afflictiſsimo profecta precatio pro remiſsione peccatorum & pœnarum immiſſarum mitigatione.

Hic rurſus vide ordinem. Caſtigat nos Deus variis modis: con. 1. mem. 1. & quidem omnis ordinis homines: mem. 2. in præſenti & futuro: mem. 3. ſic commerentibus peccatis. mem. 4. Utiturq; variis flagellis conc. 2. mem. 1. cumq; nos conſilium Dei pœnis ad pœnitentiam nos retrahentis reſpuamus. mem. 2. non deſiſtet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

à puniendo, dum nos non deſiſtimus à peccando: mem. 3. Conſultum igitur atq; ex re noſtra fuerit vera humilitate corde contrito, agnitis peccatis Deo occurrere, & propter ipſius miſericordiam fœdusq; in filio nobiscum initum orare, ut noſtri miſereatur. mem. 4.

Id igitur quo pacto peragendum, quomodo, inquam, Deo ſerio occurrendum, humili pœnitentia, ſeria contritione, ardenti invocatione, & filiali fiducia &c. in prælecto Jeremiæ textu oſtenditur, cujus verba ſic ſatis ſunt plana:

Unum vero præmittendum eſt. Si quis hæc verba rectè intelligere, ſalutariter uſurpare, & cum felici optatoq; eventu & fructu ad Deum pronunciare velit: illum eodem modo affectum eſſe, tale cor, & affectus tales afferre neceſſe eſt: qualibus eam expreſsit ſanctus Propheta:

Nimirum cor iram Dei horrendam adverſus peccata ex & in pœnis agnoſcens & ſentiens, ſub onere illo gra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

graviſsimo ſerio anhelans & gemens, atq; ita transgreſsionum ingenua & aperta confeſsione Deum nominis & fœderis ſui ſubmiſsè commonefaciendo calamitatum mitigationem ardenter petens. Illuſtra.

Primum Membrum.

Haſtu den Juda verworffen / oder hat deine Seele ein eckel an Zion? Warumb haſtu den vns ſo geſchlagen / das vns Niemand heylen kan? wir hoffeten es ſolt friede werden / ſo kommet nichts guts. Wir hoffeten wir ſolten heyl werden / aber ſihe ſo iſt mehr ſchadens da.

Triſtiſsima & verè Pathetica querela eſt cordis vehementer contriti, preſsi, & variè afflictionibus heri & nudiustertius deſcriptis coanguſtati, adq; Deum ſub intolerabili illa mole graviſsimè ſuſpirantis.

1. **Haſtu den Juda verworffen? oder hat deine Seele ein eckel an Zion?** Compellat totius Eccleſiæ nomine Propheta juſtiſsimum Deum, qui in pœnis talem ſe præſtat, ac ſi ipſam quoq; Eccleſiam abjeciſſet, totoq; cordis affectu abominaretur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Eccleſiam duabus appellationibus exprimit Judah & Zion. Explicetur ex ſcriptura, quid Judah, quid Zion, quidq; iſtis vocabulis ſpiritus ſanctus ſignificet.

Utitur deinde duabus duriſsimis vocibus abjectionis & abominationis. Opponit eas verbis alibi poſitis, quibus Deus oſtendit ſe Judah elegiſſe, & delectari in Zion. Afferantur dicta.

Theſis ad Hipotheſin transferatur.

Nota. Tam acerbè, tam aſperè Dominus erga Eccleſiam ſuam, populum alias à ſe electum, ſibiq; placentem ſe gerit, quaſi omninò curam ejus abjeciſſet, hoſtilemq; in eum animũ ſumſiſſet.

Commerentur hoc peccata noſtra: & ſane quisquis in impœnitentia perpetuo perſiſtit, de illo certo ſtatuendum, illum à Deo projectum, & toto animo Deum illum averſari. In ſceleribus enim præfractè pergentes tandem abiiciuntur à Deo, fiuntq; extrema abominatio animæ ipſius. Nota. Anima tua: Non ſolum abominatur,

tur, ſed tota anima, toto corde ab illis abhorret.

Pœnitentes vero clementer reſpicit, imo, ut heri audivimus, pœnis hoc quærit, ut ad ipſum convertamur, quod qui faciunt, ſimiliter ad Deum ſuſpirare poſſunt, & debent: Illisq; ſpes certa eſt, nunquam fore, ut illos abjiciat aut abominetur, etſi duriſsimè eos tractet, ita poſtulante divina juſtitia, illorumq; neceſsitate: Poſſunt nihilominus in medio quoq; afflictionum ſtatuere ſe à Deo reſpici, ipſiq; verè cordi & curæ eſſe.

Probetur, illuſtretur, applicetur, & uſus fuſius indicetur.

2. **Warumb haſtu den vns ſo geſchlagen/ das vns Niemand heylen kan?** Cauſam querelæ inſtitutæ ſubjungit, & pœnarum publicè prïvatimq; graſſantium gravitatem & acerbitatem exprimit. Si enim Deus ad gemitus ſuperioribus verbis effuſos: Nunquid etc. reſponderet, (ut verè in ſuo veibo contritis corde reſpondet quotidie) ſe nunquam abiicere ſuam Eccleſiam

ſe nunquam abominari cœtum ſibi addictum: replicat cor triſte: Quare ergo percuſsiſti? Eſt caritas annonæ, eſt triſtis rerum omnium ſtatus, omnia ſurſum deorſum vertuntur, eſt fames, eſt penuria rerum omnium, ſunt inundationes aquarũ, ſunt aliæ malorum myriades etc?

Warumb? Si verè es Deus noſter, ſi populum tuum non averſaris.

Haſtu den vns geſchlagen. N. Pœnæ omnes & ſingulæ **ſind Gottes ſchlege/** ſunt flagella, quibus Deus manu extenſa nos cædit, ferit, caſtigat, ut emendet.

Daß vns Niemand heylen kan. Pœnæ vulneribus: pœnarum amolitio ſanationi comparatur.

Itaq; cum Deus nos percutit, & vulnerat, nullus, niſi ipſo medicante, remedio humano locus. Neq; enim ipſi malis, quæ nos obruunt, medelam invenire ullam poſſumus, neq; alii opem ferre queunt.

Fruſtra igitur miſeri in calamitatibus publicis & privatis, cogitando, diſcur-

diſcurrendo, moliendo, omniaq; tentando & attendendo nos cruciamus. Niſi n. ille qui nos percuſsit mederi opitulariq; volet, non eſt ſpes ulla auxilii, quin quo magis movemus, eo minus promovemus, malumq; magis commovemus.

Agnoſcamus & nos hoc, & piè hac commonefactione utamur.

3. **Wir hoffeten es ſolt friede werden / ſo komet nichts guts. Wir hoffeten wir ſolten heyl werden / aber ſihe ſo iſt mehr ſchadens da.** Explicat quod dixit, & magis magisq; afflictionum gravitatem amplificat.

Wir hoffeten. Deſcribit naturam ingenii humani, quam & heri perſtrinximus. Pleni ſunt homines vanis ſpebus magnæ felicitatis & neſcio quorum aureorum ſeculorum. **Wir hoffeten.**

De ſpe certo Dei verbo innixa hic ſermo non eſt, ſed de dulcibus illis ſomniis, quibus homines de pœnitentia vera minimè ſoliciti, & à vera fide pietateq; alieni ſe ſuaviter inebriant,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

briant, ſperantes à bona, quod ajunt, fortuna opem, putantesq; hæc mala & caſu fortuito incidere, & eodem modo recedere.

Et ut apud Judæos Pſeudoprophetæ illis vanitatibus feneſtram aperiebant, & fomenta ſuppeditabant: ita hodie ſunt, qui in iſtis ſomniis homines confirment & animum illis addant. Sed nugas eſſe heri audivimus, & ex his verbis Prophetæ diſcimus.

Es ſolt fried werden. Nomine pacis ſtylo ſcripturæ uſitato omnis gene ris bona intelliguntur: ſperavimus indies tranquilliorem reipublicæ ſtatum, & feliciorem in rebus omnibus publicis & privatis ſucceſſum.

So komet nichts guts. Fruſtramur noſtris ſpebus. Non veniunt bona illa quæ animo conceperamus.

Wir hoffeten wir ſolten heyl werden. Nomine curationis intelligit mitigationem & ſublationem pœnarum.

Aber ſihe ſo iſt mehr ſchadens da. Quo magis nos ſperamus præſentium malorum mitigationem, eo triſtiora nobis

bis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

bis accidunt, eo ſubinde majora mala adventant: eo res noſtræ de die in diem ſunt deteriore loco: eo nos vehementius lædimur.

Singula in ſpecie explicentur, & ad noſtros noſtraq; tempora, propriamq; ſingulorum experientiam accommodentur in ſingulis ordinibus, politiis, urbibus, pagis, locis maritimis & campeſtribus &c.

Valde eſt hæc meditatio & commonefactio neceſſaria, quod eo rectius pii doctores intelligunt, quanto attentius horum temporum mores conſideraverint, & quanto penitius ſuorum auditorum animos introſpexerint, cognitosq; habuerint.

Emendemus ergo nos, à ſolitis moribus recedentes, pœnitentiam agentes & ſic noſtros gemitus, noſtrasq; querelas cum Propheta in ſinum Dei effundentes dicamus:

Secundum Membrum.

Herr wir erkennen vnſer Gottloß weſen/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſen / vnd vnſer Väter Miſſethat / den wir haben wieder dich geſündiget.

Confeſsio eſt ſincera & humilis, qua oſtendit Eccleſia ſe intelligere, quæ ſit cauſa tantorum malorum, nimirum peccatum. Et docet, fruſtra orari, fruſtra felices ſucceſſus pœnarumq; mitigationem expectari, niſi humili corde iniquitates noſtras agnoſcamus, confiteamur, & deprecemur. Si enim confiteamur &c. Johan. Maximè ſiquidem placatur Deus humili & ex contrito corde profecta confeſsione fidei, cujus poſtea mentio erit, conjunctā.

Herr. Emphaſin habet qua cor afflictum perrumpens quaſi per anguſtiæ carceres & obſtacula ſerio exclamat.

Wir. Singuli ſuo loco: loquitur nomine omnium auditorum, totiusq; Eccleſiæ, ad quam pertinent ſummi, imi: Eccleſiaſtici, politici: urbani, pagani: equeſtres, pedeſtres: prætextati, togati, Crœſus, Irus: mas, fœmina.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Erkennen. Hactenus ad id non attendimus, ſed potius occultum maluimus.

Vnſer Gottloß weſen. Fatemur quod multiplici impietate te offendimus. Nota confeſsionis genuinum candorem: **ſein gerade zu: vnſer Gottloß weſen.** Non jactamus noſtram juſticiam: non dicimus nos nihil mali feciſſe: non palliamus noſtra peccata: **ſonder geben dem Kind den rechten namen /** Impiè fecimus, impiè viximus, impia diximus: Debet enim confeſsio eſſe ingenua & aperta aſinomni fuco & hypocriſeos involucro. Pondera voces **Gottloß weſen** & applica.

Vnd vnſer Vater. Etiam majores noſtri te offenderunt. Reſpicit ad comminationes Dei, quibus ſe parentum peccata in poſteris puniturum edicit: Similes confeſsiones in ſcriptura nonſunt infrequentes. Neq; enim debemus majorum aut anteceſſorum noſtrorum peccata diſsimulare ſed agnoſcere, & confiteri: non ut vel noſtram præ illis ſanctitatem jacte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

jactemus, illisq; detrahamus, vel etiam illorum authoritate noſtra peccata defendamus, ſed ut & nos cum illis, & illos nobiſcum in conſpectu Domini reos peragamus.

Miſſethat. Utitur alia voce, quæ & ipſa ſuam Emphaſin habet. Itaq; peccatum variis appellationibus effert, ut oſtendat, ita ſe peccata agnoſcenda proponere, ut nulla appellatio debeat eſſe tam atrox, quam non libenter ſuſtineamus, ut verè nos coram Deo humiliemus.

Den wir. Ne quis mentionem majorum fieri audiens, in eos reiiciat omnem culpam, ſeq; innocentem prædicet: repetit quod ſupra dixerat. Non-tantum patres, ſed & nos te offendimus, ſecuti nimirum patrum in peccatis veſtigia.

Haben geſündiget. Repetit confeſſionem. Non ſemel tantum obiter peccatorum meminiſſe debemus: ſed iterum atq; iterum ingeminando ea confiteri. Huc faciunt frequentia ſacræ ſcripturæ dicta, in quibus ſæpius

pius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

pius iteratis vocibus hæc confeſsio exprimitur. Neq; fere ullus locus eſt, ubi non aliquoties idem dicatur, quod notandum eſt.

Geſündiget. Tertia vox eſt peccati maturam exprimens, & ingenuam confeſsionem augens.

Wieder dich. Neq; hoc ſine cauſa. Omne enim peccatum pugnat cum verbo & voluntate Dei, atq; ita cum Deo ipſo, ſeu contra Deum ipſum & Deum ipſum offendit. Et hinc eſt peccati atrocitas, quod ſcilicet incurrat in infinitam majeſtatem infiniti Dei, lædat infinitum bonum, incurrat infiniti Dei infinitam iram, unde & reatus ejus infinitus eſt. Exaggera & applica.

Secutus ſum verborum ſeriem. Alias revocari hæc poſſunt docendi cauſa ad quinq; quæſtiones.

1. Quid agnoſcendum & confeſsione exprimendum? **Gottloß weſen / Miſſethat / Sünde.**

2. Quorum? **Wir / vnſer Vater / Wir.**

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

3. Cui? Wieder dich.
4. Quomodo? ſerio: quod vocum ingeminatio oſtendit.
5. Quoties? ſæpius & ſemper, iterum atq; iterum.

Et nos igitur vera animi humiliatione hiſce diebus in concionibus, cantionibus, precationibus & ſupplicationibus eodem affectu DEUM compellemus, noſtra peccata abjecta omni hypocriſi deplorantes & deprecantes.

Tertium Membrum.

Aber vmb deines Namens willen laß vns nicht geſchendet werden. Laß den Thron deiner Herligkeit nicht verſpottet werden. Gedenck doch vnd laß deinen Bund mit vns nicht auffhören.

Petitio eſt & petitionis ratio. Petitio eſt partim

Negativa, ibi: Laß vns nicht geſchendet werden: Laß den Thron deiner Herligkeit

keit nicht verſpottet werden: Laß deinen Bund mit vns nicht auffhören.

Partim affirmativa: Gedenck doch.

Ratio eſt. Vmb deines Namens willen: Thron deiner Herligkeit: deinen Bund.

Senſus petitionis : ne ſinas nos in noſtris calamitatibus funditus perire, ne Diaboli & hoſtium ludibrio nos dedas, ne tollas à nobis miſericordiam tuam promiſſam in filio, ſed clementer ad nos te convertas, noſtriq; ſis memor.

Senſus rationis: idq; facias ob nomen tuum, ob Eccleſiam tuam, ob fœdus tuum.

Nunc ordine voces ſingulas ſcrutemur.

1. Aber. Etſi & majores noſtri ſuis, & nos noſtris peccatis te offendimus, contra te deliquimus, tibi rebellavimus: tamen ne ſecundum merita retribuas nobis.

Vmb deines Namens willen. Explicetur primo negatè: non propter merita, dignitatem, aut quæcunq; no-

ſtra: dein affirmatè: ſed propter nomen tuum.

Nomen Dei ſignificat Deum ipſum in filio, verbo & operibus patefactum. Poteſt hoc prolixè, ut feret tempus, declarari.

Ejus admonendus eſt Deus. Quod & ipſe fieri vult, & in ſuis precibus ſancti faciunt, ut precationes biblicæ oſtendunt.

Ita ergo & nos: **Du heiſt Gott / gut / gütich / Barmhertzig / Heiland / Erlöſer / Allmechtig / Herr Zebaoth.** Habe igitur illius nominis tui rationem, & fac nobis, nomen tuum profitentibus, nomen tuum gerentibus, ad nomen tuum confugientibus, nominis tui te commonefacientibus: fac, inquam, propter nomen tuum, ſecundum nomen tuum, ut in filio Immanuele ſpondiſti:

2. **Laß vns nicht geſchendet werden.** Hæc ſuo modo ad Eccleſiam Iſraëliticam pertinent.

Oremus & nos ne mancipet nos Deus ignominiæ & confuſioni æter-

næ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

næ & temporali, quod fieret ſi fundi-
tus nos perire ſineret.

Huc ſimiles precationes ex Pſalmis & Prophetis.

3. **Laß den Thron deiner Herligkeit nicht verſpottet werden.** Intelligit arcam & propitiatorium, ubi præſentiam ſuam Deus oſtendebat, invocantes Iſraëlitas juxta promiſsionem exaudiebat. Itaq; obſecrat vates, ne templum cum propiciatorio prophanetur.

Thronus gloriæ Dei Eccleſia eſt: Chriſtus Ieſus propiciatorium. Propter mediatorem enim Deus nobiscum eſt, in medio noſtri regnat, in cordibus fidelium habitat, nosq; juvat.

Hunc ergo thronum gloriæ ſuæ ne pollui aut contumelia affici ſinat perpetuò oremus.

4. **Gedenck doch.** Vox imo cordis gemitu expreſſa. Recordare mitiſsime Deus noſtræ miſeriæ, tui nominis, verbi, promiſsionis, miſericor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

diæ in filio promiſſæ, beneficiorum, populi, ſanctuarii.

Recordatur ſane & meminit horum omniũ perpetuo Deus, in quem nulla cadit oblivio.

At noſtri reſpectu & humanitus loquendo obliviſci dicitur, cum puniendo talem in nos animum ſumſiſſe videtur, ac ſi omnem horum memoriam abjeciſſet.

Huc plurimæ ſanctorum in ſcriptura querelæ.

Quia enim nos verè divinorum mandatorum & in nos meritorum, noſtræq; obedientiæ & officii obliviſcimur, diſsimulantes nos audire & ſcire: fieri non poteſt quin viciſſim Deus diſſimulando ad noſtras calamitates conniveat, velu prorſus noſtri oblitus.

Prævia ergo ſeria converſione ad illum redeamus, his verbis illum compellemus, & noſtram illi miſeriam ſuamq; miſericordiam revocemus in memoriam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Afferantur huc petitiones congru-
entes ex ſacris, præcipuè Pſalmis, cum applicatione.

5. **Vnd laß deinen Bund mit vns nicht auffhören.** Repetitur petitio verbis aliis ratione ſubindicata. Cum inie-ris nobiſcum fœdus, noli hoc relaxare ſen irritum facere, ſed ſerva illud perpetuo nobiſq; bona in illo promiſſa exhibe.

De hoc pacto nudiustertius: ubi & hoc dictum eſt, nos miſeros homines frequenter transgredi & irritam facere hanc ſanctionem ex parte noſtra.

Quare omni etiam jure à ſua parte Deus pacti illius vinculum & beneficia promiſſa renunciare poſſet.

Verum humiliter orandus eſt, ut fœderis hujus per proprium proprii filii ſanguinem confirmati perpetuo reminiſci dignetur, neq; nos ut fœdifragos omnino abiiciat, ſed oculis miſericordiæ reſpiciat, non memor commiſsionum & omiſsionum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

noſtrarum , ſed promiſsionum ſuarum.

Quod ut impetremus , etjam nobis danda opera ſerio & ſedulo eſt, ut & nos ſtipulationi in pactione fœderis dicti factæ ſatisfaciamus. Applica.

Quartum Membrum.

Es iſt doch ja vnter den Heiden Götzen keiner der Regen kund geben: ſo kan der Himel auch nicht Regen geben: Du biſt doch ja der Herr vnſer Gott / auff den wir hoffen / Den du kanſt ſolches alles thun.

Concludit hanc precationem affectu convenientiſsimo, Dei majeſtatem agnoſcens , & diſertè aſſerens, nihil ſolatii niſi à ſolo Deo, cui omnia facilima, ſperandum.

Eſt ergo antitheſis, cujus

Prior pars omnem fiduciam auxilii aliunde exhibendi præcidit. Es iſt doch

doch ja vnter den Heyden Götzen keiner der Regen kund geben: ſo kan der Himel auch nicht Regen geben. Explicentur verba.

Pluviæ meminit, quia in ſumma ſiccitate & ſterilitate has preces à Propheta dictas apparet.

Duo ergo ſumit, unde pluvia & commoda aëris conſtitutio proficiſci putentur: aut ſcilicet à Diis gentium opinione Ethnicorum: aut à cauſis naturalibus, virtute cœli & influentiis.

Removet utrumq; interrogatione habente vim negationis. Sathanas niſi Deo permittente pluvias ad fœcundandam terram efficere non poteſt. Solus enim creator creaturas ſub ſuo habet imperio, easq; inhibet vel exhibet. Neq; cœlum ſponte & per ſe niſi Domino faciente imbres fundit.

Ergo de pluviis exoptatisq; aëris qualitatibus rectè pièq; ſentiamus non illas à cauſis tantum naturalibus omnium vero minimè à Diabolo pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

venire, indeq; expectandas, ſed à ſolo creatore petendas. Confer ſcripturam.

Deinde vero hypotheſis ad theſin altius aſcendendo transferatur, & quod hic de pluvia dicitur, idem nos de omnis generis felicitate & bonis deſideratis intelligamus: quodq; hic de gentium idolis & cœli energia negatur, id nos de omnibus aliis mediis ſupernaturalibus, naturalibus, politicis, electis, confectis &c.

Ut ita ſioctrina hic oriatur ampliſſima, & latiſsima: non eſſe ſtatuendum, ullam felicitatis humanæ partem, vel bonum etiam minimum homini deſiderabile, ab ullo medio, niſi Domino benedicente promanare, in ſtatu Eccleſiaſtico, politico, domeſtico, agricultura, negociatione &c.

Reprehenſis igitur hic perverſis hominum opinionibus & conatibus doceatur, quæ ſit omnium mediorum & remediorum conditio ſi *in per* & ſecundum ſe conſiderentur, undeq; pendeat efficacitas.

Alte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Altera antitheſeos pars: Du biſt doch ja der Herr vnſer Gott / auff den wir hoffen / den du kanſt ſolches alles thun. Profitetur fidem ſuam in Deum. Vis juvare quia noſter. Potes, quia Jehovah cui poſsibilia omnia.

1. Du biſt doch ja der Herr. Tu ſolus Jehovah es, cui omnes creaturæ ad nutum parent. Oſtende uſum.

2. Vnſer Gott. Urgeatur Emphaſis vocis applicativæ, vnſer: inſtar liberorum clamantium: Jr ſeid doch ja mein Vater / meine Mutter.

3. Auff den wir hoffen / in quo uno ſunt omnes ſpes noſtræ. Huc ſententiæ quibus Deo ſoli confidere jubemur, cum pollicitatione, ab ipſo pendentes non confuſum iri.

4. Den du kanſt ſolches alles thun. Tu immittis ſiccitatem, ſterilitatem, famem, aliaq; mala, propter peccata noſtra, ita rurſus illa mala tollere, pluvias fœcundas dare, omnisq; generis bona ſuppeditare potes.

Vere enim Deus ſua voluntate & nutu facit omnia proſpera & adver-

ſa,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſa, mediaq; omnia utriuſq; generis, præter & ſupra quam poſsibile videtur, & ponit & diſponit, jam ad infligendam pœnam meritam, jam ad teſtandam benevolentiam immeritam, & oſtendendam potentiam immenſam.

Ipſum igitur toto pectore timeamus, ad illum accedamus, ab illo omnia indubitata fide petamus & expectemus.

Habes materiam luculentam pio ſerioq; affectu conciones haſce Litaniarum concludendi, ſanctosq; affectus in animis piorum relinquendi.

Gebedt.

Godt ſy vns gnedich na dyner güde.
Vnd verdelge vnſe ſünde na diner groten Barmhertticheit.

Aller-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ALler gnedigſte Godt/ getrüwe Vader/wy erſchinen auermals vor dinem Hilligen Angeſichte / mit bekümmerden Herten vnd geſchlagenen geiſte / dyn grothe torn drücket vns / allerley jamer vnd elend plaget vns/ alſo dat wy nenen rath noch troſt finden können : Ach Here / heffſtu den dine Kercke vnd gemene vorworpen ? Edder hefft dine Seele eine walginge an dinem Volcke ? Worumme heffſtu vns alſo geſchlagen / dat vns nemandt helen kan? Wy hapen van jharen tho jahren / idt ſcholde beter werden / auer idt kümpt nichts gudes : Wy hapen / wy ſcholden van allerley bedrück vnd beſchweringe heel vnd entfriet werden / auerſt ſüh dar ys jümmer wehe vnd mehr ſchadens : vnd völen wy daglick yder in ſiner ſtede dine ſtraffe. Here / wy erkennen vnſe godtloſe weſent/ vnd vnſer Veder miſſedat / Wy hebben leyder wedder dy geſündiget / vnd alſo diſſe vnd andere ſtraffe / ja dine ewige vngnade vnd dat helliſche für mehr den genoch vordenet : Auerſt o Here Hemmelſche Vader / erbarme dy auer vns / gedenck nicht vnſer ſünde

vnd

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

vnd auertreding / gedenck vnſer nah diner groten Barmhertichcit / vmb dines Hilligen namens willen / lath vns van dem Düuel vnd andern diner Kercken vienden nicht geſchendet noch den thron diner herlicheit beſpottet werden: Vorgith jo nicht o allerleueſte Vader dine grote güdicheit / gnedige thoſage / vnd vnſe grote elende / gedenck doch wedder daran / vnd lath dyn vorbundt in Jeſu Chriſto mit vns vpgerichtet nicht vphören: Wy weten ahne dy nene hülpe tho finden: dar ys doch jo manck der Heyden Affgöden nemandt de Regen köne geuen / ſo kan de Hemmel ock nicht regen / vnd ys ſönſt kein ander middel dat ane dy etwas vormöge: Du biſt doch jo de Here vnſe Godt / vp den wy hapen / du kanſt ſölckes alles dhon / bauen all vnſer gedencken / wünſchen / vnd bidden / darümb bewyſe an vns dine Gödtlike allmacht vnd grote Barmhertichcit / wende aff de woluordenede ſtraffe / kere dy tho vns mit dinem ſegen / darmit wy dinem Hilligen namen dancken vnd dy Lauen vnd priſen Ewiglich dorch Jeſum Chriſtum vnſen Heren Amen.

Epi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Epiſtola textus explicandus.

Evangelium Luc. 15. parab. de ove & drachma perditis : incip. ait ad illos parabolam : fin. Ait autem: Homo &c.

Repetantur & hoc die poſt litaniam preces ſuperiores : Barmhertige / etc.

Pſalmi.

Vader vnſe im Hemmelryck.
O HEre Godt begnade my.
Allein tho dy HErr JEſu Chriſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Lectio prima Esaie 24 Cap.

Süe, de Herr maket dat lant leddich
vnd wüste, vnd werpet vmme
wat darinne is, vnde vorstrou-
wet sine Inwaners. Vnde idt
geit dem Prester alse dem volcke,
dem Heren alse dem knechte, de
frouwen alse de Maget, dem
vorköper alse dem köper, dem
lener alse dem Borger, dem
Manendem alse dem schulde-
ner. Wente dat landt werd
leddich vnd beroued sin. Wente
de Herr hefft solckes geredet.
Dat landt steit jammerlick vnd
vorderuet, de Erdbodden nimpt
af vnd vorderuet, de högesten
des Volckes im lande, nemen
af. Dat landt is entheiliget
von sinen Inwanern. Wente
se auertreden dat gesette,
vnd vorwandelen de gebott

vnd keren wedderom dat krige
verbundt
Darümme sall de stöörtt dat
landt, vnnde se vorschuldent
de darinne wanen.

Textus feriæ 2dæ

Amos 4

Ick hebbe juw, in allen juwen
steden reine tenen gegeuen,
vnd mangell an brode an
allen juwen orden. Noch be
kerde gy juw nicht tho my,
sprickt de Heer
Ock hebbe Ick den regen auer
juw vorholden, ock dat ick
noch dre Maende weren beth
tho der arne. Vnd ick leth
up de eine stadt regenen,
vnd up de ander stadt leth
ick nicht regenen, ein acker
ward beregnet, vnd de ander

acker de nicht beregnet wardt,
verdorrede. Vnd twee, dre
Stede, togen tho einer Stadt,
vp dat se water drinken mochten,
vnd konden nicht genoch vinden.
Noch bekeerde gy iuw nicht tho my,
sprickt de Here.
Ick plagede iuw mit Dörre
vnd mit brandtkorn:
So freten ock de rupen, allent
wat in iuwen garden, win-
bergen, Vygenbomen vnd olye-
bomen wuß. Noch bekeerde
gy iuw nicht tho my, sprickt de H.
Ick sande pestilentie manck iuw,
gelikerwyß alse in Egypten.
Ick dodede iuwe junge Manschop
dorch dat swerdt, vnd leth iuwe
Perde wechdriuen: Ick
leth den stanck von iuwem Heer-
leger in iuwe Nesen gahn
Et nō estis conuersi ad me dicit Dominus

Ick kerde etlike mank iuw
ummer, alse Godt Sodom
und Gomorra ummekerde,
dat gy weren alse ein Brandt,
de uth dem Vure gerettet wert,
et non rediistis ad me dicit dominus.
Darumme wille ick dy vorder also
don, Israell. Dewile ick
dy denn also don wille: So
schicke dy Israell, und begegne
dinem Gade. Wente, süe,
he ist it, de de berge maket, den
windt schippet, und deit dem
Minschen kundt, wat he redet, he
he maket de morgenröde, und
de dusternisse, he tret up
den högen der erden, he hett:
HERR Godt Zebaoth.

Concio 3tia Ieremiae
Textus: Cap 14.
Hefstu denn Juda vorworpen?
edder hefft dine Seele ein
walginge an Zion? Wor

nimmer fret? vnd den also
geslagen, dat uns nemand
helpen kan. Wij hadden
yt scholde frede werden, so
kumpt nichtes gudes. Wij
hadden, wij scholden heill
werden, auerst, sue, so is dat
mehr schadens. Heer wij
erkennen unse godlose wesent,
vnd unser Vader Missedat.
Wente wij hebben wedder dij ge
sundiget. Auerst nimmer di
vmb dines namen willen, lath uns
nicht geschendet werden.
Lath den tron diner herlicheit
nicht vorspottet werden
Gedencke doch vnd lath dinen
verbund mit uns nicht
vphören. Wo is doch so
[illegible] der heiden Afgöde
nemandt, de Regen geuen kan

Als kan de ... orth nicht
regeren. Du bist doch de
rechte Herr unser Godt, my den
wij ... [illegible] Wente du
kanst sölckes alle don.

Concionum

Textus Ao 1603 in diebus
rogationum publicarum fuit
Psalmus 51 ordinatus a
R.do preposito Jacob. Fabri.

Godt sij mij gnedich, na diner
güde, unnd vordelige mine
sünde, na diner groten barmhertigheit
2 Wassche mij woll von miner
missedadt, unnd reinige mij
von miner sünde.
Wente ick erkenne miner Misse
dadt, und mine sünde is stedes vor mij
An dij allene hebbe ick gesündiget,
und ovell vor dij gedan.

Up dat du recht beholdest
in dinen worden, und reine
blivest wen du gerichtet werst
Sue, Ich bin ut sundlikem
sade getuget, unde mine
moder hefft my in sunden
entfangen.
Sue, du hefst lust thor warheit
de im vorborgen licht. Du
lest my weten de hemelike
wisheit
Entsundige my mit Isopo,
dat ick reine werde. Wassche
my dat ick snewitt werde
Lat my horen vroude und wun-
ne, dat de knaken frolich
werden, de du tho slagen hefst
Vorberge din antlath von
minen sunden, und vordelge
alle mine Missedat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

schaffe in mij Godt ein reines
Hertte, vnnd gif mij einen ge
wissen Geist. Vorwerp mij
nicht von dinem Angesichte,
vnnd nim dinen hilligen Geist nicht
von mij

Tröste mij wedder mit diner
hulpe, vnnd de frijmodige Geist,
entholde mij.

Wente Jck will den Auertredern
dine wege leren, dat sick de
sünders tho dij bekeren.

Redde mij von den blodt-
schuldigen Godt, de du min
Godt vnnd heilandt bist, dat
mine tunge dine gerechticheit
röme

Herr do mine lippen up, dat
mine mundt dinen Rhom vorkündige

Wente du hefst nicht lust thom
offer, Jck wolde idt dij süst
wol geuen, Brandtoffer behagen dij nicht.

De offer de Godt gefallen
sint ein beangestet Geist. Ein
beangestet vnnd zerslagen hertz,
werstu Godt nicht verachten
Do woll an Zion nha dijner
gnade, Buwe de muren
zo Jerusalem
Denne werden di behagen
de offer der gerechtigheit, de
Brandoffer vnnd gantzen
offer Denne wert men
ossen vp dinen Altar offern.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°